Grammatica Sacræ linguæ

Wolgangi Sum Meyeri Basil. 7. 5. 95. 10. Julij

ὑγιεσίαι quædam

...m, d culpæ nos admonent.

...Christ, membrorum salg pendet.

...ectam, quando vocõe efficaci, ondit quos ei dedit Pater

...aspersione sanguinis Christi expiatam, nullæ est salus

No 32
178.

Basilow
9 Batz

85

Bb. 77a

R
1687

ספר הדקדוק

GRAMMATICA HEBRÆA ELIÆ LEVITÆ GERmani, per Seb. Munsterum uersa, & scholijs illustrata, cum Indice copiosissimo.

ITEM Institutio elemẽtalis Munsteri, cum Tabula omniũ coniugationum, & libello Hebræorum accentuum.



BIBLIOTH. ACADEM: DORPAT.

BASILEÆ M D XLIII

4-II A
518
i 50494995

SEBASTIANVS MVNSTERVS HEBREÆ linguæ candidatis S. D.

QVVM olim nobilē illam Eliæ Leuitæ nactus essem Hebræam grammaticam, amice lector, supersticiosius, illā uerti, quàm ut Hebraicari incipientibus commodo esse potuerit. Verū in uotis tum mihi erat, præceptoribus Hebrææ linguæ, qui passim iuuentuti erudiendæ in academijs præficiebantur, suppetias aliquas ferre: ne si nudum Hebraismū illis (ut mihi obuenit) tradidissem, phrasi illius non assueti animum protinus despondissent. Superuenit paulopost libellus

æque nobilis & utilis,cui idem Elias titulum בִּרְקִי fecit,qui tantum præsidij in re grammatica mihi contulit, ut facilè cernere licuerit citra cuiusuis Momi mordacem reprehensionem, quid perperam à me esset uersum, & ubi ab autoris mente esset discessum. Quòd quum animaduertissem, insumpti laboris non pœnituit, præsertim quum Hebraismus ipse saluus & integer è regione uersionis illius manserit,& semper ueniam precatus fuerim,sicubi me hallucinari contingeret, in huius tam extraneæ linguæ propagatione,à nullo Christiano homine, aut à pauciss imis, ijsq; Christo ex Iudaismo renatis, iam à multis annis satis cognitæ, boni id cõsulerent studiosi: quum scriptum sit בִּי אֵין אָדָם אֲשֶׁר לֹא יֶחֱטָא: Alioquin, qua putas hodie studiosi Hebrææ linguæ laborarent grammaticarum

ticarum rerum penuria,quamq; curta illis esset domi supellex,si ego periculum non fecissem in euulgãda hac unica Eliæ grãmatica,& me quibusdam ingratis hominibus rodendum exposuissem,& præsertim quum unum aut aliud exemplar Romanæ æditionis Germania tunc non uidisset,idq; deformi & inexpolito charactere cognituq; difficili esset excusum,& præterea à nemine uersum? Idem exẽplar iam quartò studiosis communicamus,sed longe alia ratione uersum,ut uel à puero intelligi posset. Nã præter id quod loca quædam,in priori æditione non bene reddita,castigauimus,etiam difficiles & inconsuetos loquendi modos deliniui, aut uno & altero uocabulo explicui: nusquam ab autoris mente (quod sciam) digressus:exempla Hebraice cum sua interpretatione adscri-

psi,& quid ijs Elias conteſtatũ uoluit, oſtendi:& planè id pro uirili mea molitus ſum,ut Elias Latinos Hebraicã doceret grammaticam. Quod autem idẽ Elias paſſim meminit in hac grammatica quorũdam libellorum,nempe Officiorum ſeruilium literarum,Cantici, Specierum & Proprietatum,ſcias illos eſſe libros,quos ſuperioribus annis typis Frobenianis euulgauimus cum hoc titulo, פרקי אליהו בבללים קצרים באותיות ובנקודות Perſtringunt enim naturas & proprietates literarum atq; punctorum. Dici uix poteſt,quantam ſupellectilem ad diſcendam Hebræam linguam,hi quatuor ſuppeditẽt libelli. Tu igitur lector,qui cunq; es,qui cupis diſcere linguã ſanctam,hos libellos,quos coniunctos & ſimul excuſos inuenies,non excludas à ſtudio tuo. Id ſi feceris,ſenties aliquã do me

do me tibi haud male ſuaſiſſe, quippe qui iam tot annis uerſatus & reuerſatus in eis, ſciam quam afferre poſſint commoditatem. Difficultatem Canti ci leniet tibi Elemẽtarium iſtud,quod huic Grammaticæ adiecimus: quin & Grammatica ipſa plauſibilior tibi erit, ſi prius te exercueris in hac noſtra,aut potius Eliana elementari Inſtitutione. Nihil enim in ea poſuimus, niſi quod certum & ſolidum eſſe cognouimus. Hanc eandem hoc Chriſti anno ſeſquimilleſimo trigeſimoſeptimo,ac deinde anno quadrageſimotertio,recognouimus,auximus, & in obſcurioribus locis dilucidiorem reddidimus,ne quid deeſſet quod in Grammatica deſiderari poſſet:quin & Tabulam coniugationũ pulchre per ordines diſtinctam inſeruimus,& per adiectas Annotatiunculas quæ cuiq; perſonæ per

singulos modos accidere soleat diuersitas ostendimus, & quæ uerba à communi forma recedere deprehenduntur, ubiq; suis exẽplis declarauimus. Potissimum autem hoc unum in singulis ordinibus curauimus, ut ea uerba quæ unam ex gutturalibus complectuntur literis non negligeremus, sed diligenter annotaremus, quo pacto in eisdem dages signandum torqueatur in uocem magnam, aut punctus hirec propter hatephatam literam mutetur in patha, siue in sęgol. Sed nõ est opus nostra commendatione, quum tu ipse lector hic experiri possis quales suppetias tibi tulerimus. Iam uero nouissime adiecimus huic operi nostro libellum De ratione accentuum, ut ab Elia superioribus annis est euulgatus: sic contractus in compẽdium, ut prolixiore non admodum egeas. Vale, & fruere.

INSTITVTIO ELEMENTALIS IN HEBRAICAM linguam, autore Seb. Munstero.

LITERAE apud Hebræos sunt duæ & uiginti, quarum nomina & figuræ sunt hæc,

Vau	He	Daleth	Gimel	Beth	Aleph
u	h	d	g	b & v	a e i o u
ו	ה	ד	ג	ב	א

Lamed	Caph	Iod	Teth	Heth	Zain
l	c uel k	i	t	h	z
ל	כ	י	ט	ח	ז

Pe	Ain	Samech	Nun	Mem
ph & p	a e i o u	s	n	m
פ	ע	ס	נ	מ

Tau	Sin	Schin	Res	Kuph	Zade
t & th	s	sch	r	k	z
ת	שׂ	שׁ	ר	ק	צ

א Quum hæc litera non ſit conſonans nec aſpiratio, diſtinctam prolationē à puncto uocali ſibi adiecto non habet: ut אַל al, אֵל el, אִם im, אוֹ o: & cætera. Non recipit punctum dages.

ב Cum puncto uentrali, quod dages uocatur, ualet B: ut בַּל bal, בֵּל bel, בּוּ bu. Sed cum uirgula in capite quæ raphe uocatur, laxatur in u conſonantem: ut בָּל ual, בֹּו uo. Et quando non habet raphe nec dages, perinde eſt ac ſi haberet raphe: nam in impreſſis libris rarò adiicitur raphe, quum eiectio dages ſatis indicet literā leniter proferendā: ut בּוּ fu, בַּר far. Aduertes hic diligenter, ne beth pro caph

aph legas: habent enim hæ duæ literæ magnam in effigie affinitatem.

ג Cum raphe eſt G molle, & cū dages G forte: ut גַּם gam, גּוּ gu, גֵּר ger, גַּשׁ gaſch. Sine raphe & dages ualet idem quod ג ut גַּם gam. Nos Germani nullum facimus diſcrimē inter gimel raphatū & dageſſatū.

ד Facit D Latinum, lene cum raphe, & durum cum dages: ut דָּם dam, דּוֹר dor, יוֹד iod, יַד iad. Huic literæ multum conformis eſt in figura res litera, non tamen deeſt nota differentiæ: ut ד d, ר r.

ה Eſt aſpiratio lenis, ut הַ ha, הוּ hu, הֶם hem, הֵן hen: &c. Quādo uerò finem dictionis obtinet, non auditur, nec habet tunc diſcrimen ab aleph: ut קָרָה kara, ſic קָרָא kara.

ו Cum puncto ſubſtrato, aut ſine omni puncto, eſt v cōſonans: ut וַ ua

ua, וִ ui, גּוֹ gef. Cum holem in capíte, eſt o: ut וֹ o, בוֹ bo. Cum puncto ſchurec in uẽtre, eſt u uocale: ut בּוּ bu. Et quando habet aliud punctũ uocale ſubſcriptum, tunc punctus ille uentralis non eſt ſchurec ſed dages, ut פִּ fa, פִּי fi, צִוָּה ziffa. In fine quoq; ſine omni puncto eſt u cõſonans, ut תָּיו thau ſeu thaf, וָו uau ſeu uaf.

ס Valet s gracile & nõ acutum, qualiter Latini literam s proferunt: in Germanica quoq; lingua frequens eſt ſi quis díligenter aduertat, ut patet in uerbo legere, læſen.

ח Eſt aſpiratio fortis, quæ etiam in fine audiri poteſt, ut חָכָם hacham. Et nota quando hæc litera in fine dictionis punctatur, uox ipſa præcedit aſpirationẽ, ut רוּחַ ruah, & non ruha. Figura eſt ante & retro clauſa, he autem ſolum à fine eſt clauſa.

ט ualet

ט Valet t Latinum, ut טֵשׁ taſch, טוּר tur: differtq; à tau in prolatione, quòd tau non dageſſatum, nonnihil habeat aſpirationis.

י Aliquando eſt cõſonans i, aliquando uocale. Conſonans eſt, quãdo habet proprium punctum uocale, ut יַד iad, יוֹר ior, יִם ím ſeu ghim. Vocale eſt in fine dictionis, quãdo ipſum præcedit camez uel patha, ſchurec uel holem: ut מַי mai, מֵי mai, גּוֹי goi, בּוּי bui. Quieſcit uerò quando ipſum intra dictionem aut in fine dictionis præcedit zere uel ſægol: ut בְּנֵי bene, בְּנֶיךָ benæcha. Quieſcit etiam poſt camez ſequente uau, ut תָּיו thaf.

כ Et in fine dictionis ךָ & ךְ Cum dages ualet c uel k, & ſine dages ch: ut בָּבָה cacha, בָּמוֹךָ camocha, בָּמוֹךְ camoch. Et cum dages in fine מִמָּךְ mimmæcca.

ל ualet

ל Valet l Latinum, ut לא lo, בַּל bal: & hæc ſola litera tanquam regina in alphabeto dicitur erigere ſurſum caput, tenetq; mediũ alphabeti.

מ Et in fine dictionis ם ualet m, ut מַר mad, מַיִם maĩm. Figura mem finalis differt à ſamech per angulos quos ſamech non habet.

נ Et in fine dictionis ן ualet n, ut נָא na, מִין min, מַן man. Inuenitur etiam nonnunquam camez ſub nun finali, ut אֶשְׁמַרְנָה pro אֶשְׁמַרְנָן deficiente ſcilicet he ſeruili litera.

ס Valet s acutum & ſubtile, quale Ephraitæ ſolum proferre poterãt. Latini id non habent, niſi qui à natura ſibilatrice lingua utũtur. Ab hoc ſono non differt שׁ cum pũcto ſiniſtro, ſed præciſe שׁ & ס eandem habent prolationem. Nobis Germanis hoc s familiare eſt: ut cultellus, meſſer.

ע litera

ע Litera in gutture formanda, ſed quam noſtrates Iudæi non aliter quàm aleph proferunt, niſi quum finem dictionis obtinet, ut רַע ra, a pernares oreq; diſtento formato. Nunquam dageſſatur.

פ Et in fine dictionis ת quando habet dages ualet p, & abſque dages ph: ut פַּג pag, פַּר phar, פַּח caph. Pe tamen finale nunquam admittit intra ſe dages, aut ſub ſe punctum uocale.

צ Et in fine ץ ualet z Latinum: ut צַר zar, צֹר zor, בּוֹץ boz. Hieronymus dicit habere ſtridulum ſonum, qui ſcilicet ſtrictis dentibus linguæ retractione profertur, ut eſt tz.

ק Facit c uel k Latinum, ut קָל kal, קוֹל kol: & cætera. Figura eius cum nulla alia litera communicationem habet.

ר ualet

ר Valet R Latinum, ut נַר ner, רַבִּי rabbi: & hæc nunquam recipit punctum dages.

שׁ Cum puncto dextro quod יָמִין iamin uocatur, ualet sch, seu s crassum: ut שֵׁם schem. Sed שׂ cum pũcto siniſtro, quod שְׂמֹאל smol uocatur, idẽ ſonat quod ס ſamech, hoc eſt s tantum, ut שַׂר ſar.

ת Cum punctulo dages ualet T, ut תָּמָר tamar: ſed ſine dages ualet θ th: ut מֵת meth, בַּת bath.

DE PVNCTORVM pronunciatione.

VIrgula ſub litera, ut eſt ‒ ualet a clarum, uocaturq; פַּתַח patha: ut בַּ ba. Sed ſi eadem habuerit punctũ in medio adiectum, ut ſic ‒ ualet a obſcurũ, appellaturq; קָמֵץ camez: ut מָ ma. Porrò duo puncta ſub

cta ſub litera, hac diſpoſitione ‥ poſita, ualent E gracile, uocãturq; צֵירֵי ze re: ut אֵם em. Quòd ſi ſic ‥ diſponuntur, ualent E breuiter raptũ, aut terminant ſyllabam, uocaturq; שְׁוָא ſche ua: ut שְׁמוֹ ſchemo, בַּלְנוֹ calno. Tria uerò puncta in hunc modum ∴ diſpoſita, ualẽt æ: uocem ſcilicet mediam inter A & E, appellaturq; סֶגוֹל ſægol: ut אֶל æl. At unus punctus ſub litera, ualet I, uocaturq; חִירִק hirec: ut אִם im, אִיר ir. Tria uerò puncta ſic ∴ ordinata, uocantur קִבּוּץ kybuz, ualentq; uocem mediam inter u & i, quale u Galli proferunt: ut חֻקִּים huckim. Vnus punctus ſupra literam poſitus, ualet o, uocaturq; חוֹלָם holem: ut בּוֹר bor, מֹר mor. Et item punctus intra ſolam uau literam, ualet u, uocaturq; שׁוּרֶק ſchurec: ut גּוּ gu. Item ‒ ualet o breue, uocaturq;

חָטֵף קָמֵץ hatephcamez: ut שְׁמֶר schemor: & ֲ ualet ֱ raptum, sicut ֱ æ raptum, quorum primum uocatur חָטֵף פַּתַח hatephpatah & alterũ חָטֵף סָגוֹל hatephsægol. Et hæc duo solum habent locum sub literis gutturalibus. Inuenitur etiam nõnunquam hatephpatah sub litera duplicata, quẽ admodũ est in dictione גִּלְלֵי gillele.

DE LITERARVM MVLtiplici diuisione.



Literæ alphabeti sunt uigintiduæ, & ex illis quinq; duplicãtur in figura: nẽpe מְנַצְפַּךְ menazpach, quæ in fine dictionis diuersam ferè habent formã ab ea quã in medio aut principio. Hæ autẽ sunt,

כ מ נ פ צ
ך ם ן ת ץ

Nam

Nam hæ quatuor, כ נ פ צ extendũtur in hunc modum ך ן ת ץ Et ob id ab Hebræis פְּשׁוּטִים extensæ, & à Latinis finales uocantur. Et מ apertum clauditur tali figura ם uocaturq; tunc סְתוּמָה idest clausum.

Quatuor censentur gutturales, nempe א ה ח ע

Et quatuor palati, uidelicet גִּיבַק

Dentales uerò hæ signantur וַס שְׁרַץ

Et istæ linguales, דַּטְלָנַת

Porrò בּוּמַת labiorum officio potissimum utuntur, ideoq; labiales uocantur.

Item alia partitione, istæ undecim נִכְתַּב שְׁמוֹ אֵלִיָּה uocantur seruiles: & aliæ undecim, nẽpe זַעַת קְצַר חֶסֶר גֵּט appellantur radicales.

Ex ministerialibus, hæ quatuor אֶלְבַּשׁ seruiunt duntaxat à capite dictionis. Et aliæ septem, scilicet הוי כמנת

 seruiunt

ſeruiunt à capite & calce. Quare autem iſtæ radicales & iſtæ ſeruiles dicantur, infrà oſtendetur.

Rurſus quinque literæ ſunt perpetuo lenes & nunquam dageſſantur, ſcilicet quatuor gutturales & res ר litera: niſi quod ſemel aut ſecundo res ר inuenitur habere dages.

Iſtæ uero ſex בְּגַד כְּפַת ſemper habent aut uirgulam raphe in capite, per quã lenes & aſperæ fiunt, aut punctum dages in uentre per quod duplici modo fortificantur: ut paulo poſt dicemus. At hæ טַס שְׁקַץ נוּזְלִים ſuſcipiunt quidem dages, per quod ueluti duplicantur quando proferuntur, ſed nunquam ſuſcipiunt raphe, per quod in ſua prolatione laxiores fiant: etiam ſi à Rabbinis, hoc eſt magiſtris, lenes ſeu raphatæ uocentur, quando carent punctulo dages.

De pun

DE PVNCTORVM VOcalium diſtinctione.

PVNCTA uocalia apud Hebræos numerantur decem: quorum quinque uocantur תְּנוּעוֹת גְּדוֹלוֹת motus ſeu uoces magnæ, & quinq; תְּנוּעוֹת קְטַנּוֹת uoces paruæ. Voces magnæ ſunt ‥ zere, ‒ camez, ו uau ſchurec, וֹ uau holem, uel holem abſq; uau, & iod præcedente hirec, ut hic לִי Et harũ natura eſt, ut mox ſequens ſcheua moueri faciãt, quod diligenter notabis: ut אוֹמְרִים omerim, & non omrim: סִיסְרָא Siſera, & non Siſra: nec facile patiuntur poſt ſe punctulum dages, niſi accẽtus millel, ideſt in penultima, ponatur iuxta eas, ut לָמָּה lamma.

Proinde uoces paruæ ſunt, ‒ patha, ‥ ſægol, · hirec ſine iod, ‒ ky-

 buz

buz seu schurec paruum, ־: hateph/ camez. Et hæ frequenter post se ha/ bent dages,& scheua mox illas sequẽs quiescit, contrariam scilicet uocum ma gnarum tenentes legem:ut אִמּוֹת im/ moth, סֶלָּם syllam, צַדִּיק zaddic, אֶסְתֵּר Esther.

NOtãdum quoq; quod istæ qua/ tuor literæ יהוא quæ quiescen/ tes uocãtur,expresse uel implicite sem/ per sequuntur uoces magnas,& nun/ quam ueniunt post uoces paruas,exce pto sægol:nam dicitur אֶגְלָה & דִּבְרֵיהֶם

Est etiam natura literarum יְהוֹא ut literis בְּגַד כְּפַת mox sequẽtibus,siue in una siue in duabus dictionibus im/ ponant uirgulam raphe: hoc est,non facile sustinent post se dages,sicut nec uoces magnæ,quarũ habitacula sunt literæ י ה ו א

Dantur tamen quædam exceptio/ nes

nes,sed quæ non semper neq; ubiq; cõstantes inueniuntur: præsertim ea quæ de relatiuis יהו dantur,nisi com modus accesserit accẽtus. Primo,quan do capiuntur relatiue: ut שְׁמוֹ פַּרְעֹה nomen eius Parao,& שְׁמָהּ דִּינָה no/ men eius Dina,& שְׁמִי בְּרֶכְאֵל nomẽ meum Bæræchel. Secundo, quando ponũtur in pausa. Sunt & aliæ quæ/ dam exceptiones, de quibus consule Canticum nostri Eliæ quartum.

DE DVPLICI DAGES

DVæ sunt species dages, unũ uocatur עָל ideſt leue,& al/ terum כָּבֵד ideſt forte.

Leue, solum habet locum in literis בְּגַד כְּפַת Idq; uel à principio dictio/ num, ut תַּלְמִיד בְּרֵאשִׁית Vel post scheua quiescens,ut תְּבוֹר Et illud ni/ hil significationis habet:sed monet,li/

teram non aſpere, ſed duriuſcule, aut potius naturali expreſſione ſonãdam. Quãdo enim dico נוֹכַן nochan, caph aſpiratur: ſed ſi dixero נַכַּר nickar, caph duriter profertur, & ueluti duplicatur: at in בֵּן ken, naturalem obtinet ſonum.

Dages uero forte, locum habet nedum in memoratis ſex literis בגד כפת uerum & in טס שקץ נוזלים hoc eſt, omnes literæ ſunt capaces dages fortioris, præter has quinq; א ה ח ע ר Nec eſt unquam ſine peculiari ſignificatione. Primo enim indicat defectum nun primæ radicalis literæ: ut אָבוֹל cadam, pro אָנְבּוֹל Sic מִבַּיִת ex domo, pro מִן בַּיִת Et אֶבָּקֵר uiſitabor, pro אֶנָּבְקֵר Secundo, index eſt coniugationis piel & hithpael, quæ mediam radicalem ſemper habent dageſſatam: ut בִּלַּע deuorauit, & הִתְבַּלַּע deuoratus eſt. Tertio, quando duæ poſteriores radicales ſunt ſimiles, plerunq; una tollitur, relicto dages in altera loco illius: ut à סָבַב circuiuit, dicitur in plurali סָבְבוּ uel per ſyncopam סַבּוּ circuierunt. Quarto, he litera emphatica, uel articularis, quam Hebræi uocant he הַיְדִיעָה ideſt cognitionis uel demonſtrationis, etiam dageſſat mox ſequentem literam, ſi modo illa capax ſit pũctuli dages: id quod in hoc exemplo aduertere potes, נָבִיא propheta, הַנָּבִיא propheta ille uel talis & tantus. Eadem etiam litera cum eiſdem punctis interdũ accipitur pro litera הַקְרִיאָה ideſt uocationis: ut חַדּוֹר ó generatio. Quinto, uau חִבּוּר hippuch, quod ſcilicet uertit futurum in præteritum, imprimit literæ futuri temporis punctum dages: ut יֹאמַר dicet, וַיֹּאמֶר & dixit. Excipiun

mr futura coniugationis piel,ut וְיִרַבֵּר & loquutus est. Itē quando tau & teth in coniugatione hithpael conueniunt, absconditur tau per dages in teth : ut pro תִּתְטַמְּאוּ dicitur תְּטַמְּאוּ polluemini:ubi tria sunt dages,primum est leue & nihil significat,sed duntaxat indicat tau non aspere proferendū:secundum repræsentat literam tau,quæ est de essentia cōiugationis : tertium quoqꝫ est dages forte ut secundum,unde & schua sub mem mouetur , quod coniugatio ipsa exigit , quæ semper habet mediam dagessatam. Simile iudicium est de tau quādo in uerbo est tertia radicalis litera,& accesserit in secunda aut prima persona præteriti aliud tau : ut à שָׁבַתְּ quieuit,non dicitur שָׁבַתְּתְּ quieuisti:sicut à בָּעַר dicimus בָּעַרְתְּ Sed per dages forte tollitur tau unū,& dicitur שָׁבַתְּ quieuisti, שָׁבַתִּי quieui.Sic à ברת

à כָּרַת succidit, כָּרַתְּ succidisti : & cætera. Vitat enim hæc lingua,ubi fieri potest,geminationem unius literæ.

NOtabis postremo & hoc,quod dages quādo defectum indicat, indicat literam defeciſſe,quæ mox literam illam in qua ipsum ponitur,præcedit. Sed literæ אֶחָוִי quando quiescunt in uocalibus magnis,quod sæpe fit,præsertim iod & he,solet quies præcedere literam quiescentem : seu,quod idem est,quies indicat mox sequētem literam euanuisse. Exemplum primi, אֶטַּע plantabo, אֶגּוּשׁ accedam : ubi dages in teth & gimel designat defectum literæ nun (quæ sola,à fronte dictionis deficit) Nam radices sunt נָטַע & נָגַשׁ Inueniuntur etiam quædam exēpla,ubi dages,non in sequenti,sed in præcedēti litera designat defectum sequentis literæ,ut וַיִּסֹּב & conuersus

est

est, à radice סבב Verum usus iste rarus est in Hebraismo. Exemplum secundi: אֵשֵׁב sedebo, אֹמַר dicam, עָשִׂיתָ fecisti: ubi zere sub primo aleph complectitur iod primam radicalem literam: est enim יָשַׁב radix uerbi: & holem supra secundum aleph indicat aleph primam radicalem literam: nam aleph ibi expresse scriptum, constituit primam personam futuri temporis. Porrò in tertio exemplo, hirec cum sequente iod, includit literam he. Nam radix uerbi est עָשָׂה fecit. Sic hic קָם surrexit, quiescit uau media radicalis litera in camez uoce magna: est enim קוֹם uerbi radix. Hæc diffusius tractantur ab Elia Cantico quinto.

Hinc igitur est, ut literæ אֱהֵוִי uocentur literæ quietis, quia plerunque quiescunt in uocibus magnis: & sicut post literas illas non facile sequitur dages

ges, ita nec post uocem magnam: ut אָבַר non אָבַד Sed post uocem paruam dicimus אִבַּד cum dages.

Et omnia illa quæ hic scribimus de literis א ה ו י intelligas necesse est de uau & iod quiescentibus, non de mobilibus. Iod נָעָה idest mobile, aut uau mobile uocant Hebræi, quando pro consonantibus accipiuntur. Quando uero uocalia sunt, נָחוֹת idest quiescentia uocantur.

Appellantur deniq; eædem quatuor literæ, אוֹתִיּוֹת מִתְחַלְּפוֹת idest literæ permutabiles: nam sæpe una commutatur in aliam, ut רִפָּה pro רִפָּא sanauit. In Ieremia, פִּי pro פֶּה os. Sic פְּרִי pro פְּרָה fructus: דְּבָרֹה pro דְּבָרוֹ uerbum eius: נָוֹית pro נָוֹת locus proprius. Et similia multa licebit passim in sacris Biblijs inuenire.

Sciendum

SCiendum quod uoces magnæ fæ/
pe commutantur in uoces paruas,
ſequente dages: & rurſum quandoq;
fieri ſolet,ut uox parua cum dages mi/
gret in uocem magnam. Nam eſt æ/
quiualentia quædam inter uocem ma/
gnam,& inter uocem paruã & dages.

Exempla,ubi uox magna mutatur
in uocem paruam & dages: קְדֻשַּׁת
pro קְרוּשַׁת ſanctificata,uel ſanctifica
tio: צִצִּים pro צִיצִים flores: יַסִּית
pro יָסִית incitabit. Iſaiæ trigeſimo/
ſexto, חִסִּיתוּךָ incitauerunt te: pro
חִסִּיתוּךָ Ieremiæ trigeſimooctauo.
Et hæc commutatio eſt in ordine du/
plicatorũ frequentiſſima,ut à לֵב cor,
fit plurale לִבּוֹת Sic à צֵל umbra,di/
citur צִלָּם umbra eorum.

Subiungam nunc exempla,ubi uox
parua & dages mutãtur in uocem ma/
gnam,quod potiſſimum fit ante lite/
ras

ras gutturales & ante literam ר res.

Didiciſti autem paulo ſuperius,da/
ges primò oſtendere defectum literæ
nun, tam eſſentialis quàm ſeruilis, &
deinde occupare ſemper mediam radi
calem in coniugatione piel & hithpa/
el,tertiò per ipſum fieri ſyncopam,&
quartò he emphaticam literã ferè ſem
per poſt ſe exigere punctum dages.
Didiciſti etiam,literam res & quatuor
gutturales non admittere punctulum
dages. Quid igitur tunc agendum,
quando dages ſignandum eſt,& lite/
ra in qua ſignari debet, non eſt illius
capax? Commutandum eſt dages
unà cum mox præcedenti uoce parua,
in uocem magnam. Et ſi quæris, Quæ
inquam? Reſpõdeo, Dages & pathah
in camez, dages & hatephcamez in
holem, dages & kybuz in uau ſchu/
rec,dages & hirec in zere,ſimiliter da/

ges

ges & ſægol in zere. Exẽpla: à נִשְׁמַר cuſtoditus eſt, fit in futuro אֶשָּׁמֵר cuſtodiar, נִשָּׁמֵר cuſtodiemur, abſcondita nun litera paſſiua per dages in ש Alioqui fuerat ita dicendum נִנְשָׁמַר אֶנְשָׁמֵר Accipiatur rurſum uerbum, cuius prima non eſt capax pũctuli dages, quale eſt אָמַר hinc fit paſſiuum נֶאֱמַר dictus eſt, à quo in futuro dicimus אֵאָמֵר dicar, נֵאָמֵר dicemur, cum zere: quia dages non habet locum in aleph. Ideo ipſum & ſægol uel hirec punctus paruus ſub aleph & nun ſcribendus, mutãtur in uocem magnam: fitq; hinc, ut zere repræſentet defectũ nun, non per ſe, quum id ſit quietum, hoc eſt יֵהוֹא ſed per accidens, quod ſcilicet dages non habeat locum in litera gutturali aleph: & neceſſitas cogat ipſum mutãdum cum præcedenti uoce parua in uocem magnam. Item forma

forma uerborum de cõiugatione piel eſt iſta: דִּבֵּר loquutus eſt, אִבֵּד perdidit: & in cõiugatione hithpael, הִתְאַבֵּד perdidit ſeipſum, הִתְחַלֵּל inſtigauit ſe ad orandum. Et quãdo media non eſt capax pũctuli dages, tunc hæc erit forma memoratarum coniugationũ, בֵּרַךְ benedixit, & בֵּאֵר explanauit, הִתְבָּרֵךְ benedixit ſe, הִתְבָּאֵשׁ fœtidum ſe fecit. Et ſicut in infinitiuo dicimus דַּבֵּר loquendo, אַבֵּד perdendo: ita in non dageſſabilibus dicimus, בָּרֵךְ benedicendo, בָּאֵר explanando: mutata ſcilicet uoce parua & dages in uocẽ magnã. Haud ſecus he emphatica litera, quando poſt ſe non poteſt habere dages, mutatur dages & pathah in camez: ut הָאָדָם homo ille, הָרָשָׁע ille impius: & ſimilia multa. Fit tamen nonnũquam, ut ante literas gutturales, præſertim ante חתע ponatur uox parua: ut בְּעֵר

depastus est, נִחַם consolatus est, הֶחָכָם sapiens ille, הַהַר mons ille: & cætera.

DE PVNCTO SCHEVA

PVnctus scheua, omniũ punctorum minister est, & quidem quandoque mouetur, quandoq; omnino quiescit. Mouetur seu legitur à principio dictionis, sub litera dagessata, ante literã gutturalem, post uocem magnã, & sub litera quæ mox duplicatur. Exemplum primi, תְּדַבֵּר בְּרֹאשׁ Secundi, עִוְּרִים דִּבְּרוּ Tertij, מַרְעִית מַלְאָכִי Quarti, הֲסִידְךָ שָׁמְרָה שׁוֹמְרִים Quinti, הִנְנִי הַלְלוּ

Scheua uero quiescens est, quod duntaxat terminat syllabam: ut אַרְגַּז אֶשְׁמוֹר & cætera.

Et nota, quod nunquam ueniunt duo scheua à principio dictionis: nam non

non possent simul legi, seu (ut Hebræi dicunt) moueri. sed primũ semper mutatur in hirec: ut à שְׁמוֹר custodi, in plurali dicendũ erat שְׁמְרוּ quod proferri nõ potest: ideo mutatur primum scheua in hirec, diciturq; שִׁמְרוּ custodite. Quod si adieceris literã aliquam capiti dictiõis, puta iod, ut יִשְׁמְרוּ iam ex primo scheua, quod à principio dictionis semper est mobile, fit scheua quiescens, & alterum fit mobile. Nam quoties intra limites dictionis concurrerint duo scheuain, semper primum quiescit, & altetum mouetur. Quod si à principio dictionis duo scheuain simul uenerint, & alterum sub iod positum fuerit, utrunq; in unum hirec mutatur: ut à יְרוּשָׁלַם dicitur וִירוּשָׁלַם לִירוּשָׁלַם & non וִיְרוּשָׁלַם Sic à יְדַבֵּר idest loquetur, וִידַבֵּר & loquetur: & cętera. In fine dictionis scheua semper

 quiescit

quieſcit, nec inuenitur niſi ſub literis בגר כפת etiam duplicatum: ut וַיִּשְׁבְּ & captiuauit, וַיִּבְךְּ & fleuit, וָאֲמַרְתְּ & dixiſti. Excipiuntur קוּשְׁטְ וְיִשְׁטְ וַיִּשְׁקְ in quibus etiam ט & ק in fine inueniuntur habere ſcheua.

NOtandum præterea, quod ſcheua componitur cum camez, pathah & ſægol: uocaturq; hatephcamez, hatephpathah, & hatephſægol: non ſcheuacamez, ſcheuapathah, ſcheuaſægol. Ex quibus hatephſægol & hatephpathah, ſolum ſub literis guturalibus locum habent: & raro ſub alijs literis: indicantq; literam mouendam, non ſecus quàm ſi ſubſcriberetur ſcheua mobile. Hatephcamez uero quum uox ſit & ſyllabam conſtituere poſſit, ſub omnibus literis inuenitur: licet à quibuſdam illud camezhatuph uocetur: nam eſt o breue, correſpondens holem

holem uoci magnæ. Vbi hæc regula in primis eſt notanda, quod literæ gutturales hatephatæ punctuant ſe & præcedentem literam: hoc eſt, ſi litera gutturalis habuerit hatephpathah, mox præcedēs litera habebit pathah, etiam ſi cum hirec uel ſægol fuerit punctuanda. Excipiūtur tamen caſus quidam, præſertim he חֲיָרִיעָה quod habet plerunq; camez, ut חֲאַרְמָה humus ipſa. Sic ſi litera gutturalis, propter dages ſequenti literæ inſcribendum, habuerit hatephſęgol, mox præcedens litera habet ſægol. Exempla: à בָּקַר uiſitauit, ubi non eſt litera gutturalis, dicimus in futuro אֶפְקֹוד uiſitabo, תִּפְקֹוד uiſitabis, יִפְקֹוד uiſitabit: at ſi prima radicalis fuerit gutturalis (quæ in hoc caſu raro habet ſcheua purum) hirec literarū futuri temporis mutatur propter literam gutturalem uel

in pathah uel in sægol: ut ab עָלָה ascē dit, dicimus אַעֲלֶה ascendam, תַּעֲלֶה ascendes, יַעֲלֶה ascendet: non יְעֲלֶה תְּעֲלֶה Sic ab אָסַף collegit, אֶאֱסוֹף congregabo, תֶּאֱסוֹף congregabis, יֶאֱסוֹף congregabit: non יֶאֱסֹף Et ab עָשָׂה fecit, אֶעֱשֶׂה faciam, תַּעֲשֶׂה facies, יַעֲשֶׂה faciet.

SCiendum itaq; quod א ח ה ע literæ gutturales dictæ, à principio dictionis nunquã habent purum scheua, sed est semper mixtũ cum pathah aut sægol: intra dictionẽ uero habent quandoq; purum scheua, & plerunq; quiescẽs, præsertim si eas præcedat accentus, ut יַרְעֵנוּ שַׁלְהֶבוּ aut hirec sub litera seruili, ut יִחְיֶה Quod si hirec scriptum fuerit sub litera radicali, habet gutturalis punctum raptũ seu mobile: ut נִאֲצוּ blasphemauerunt, כִּחֲשׁוּ negauerunt. Sic si dages leue uenerit post

post literam gutturalem, habebit ipsa gutturalis purum & quiescens scheua: ut יַחְפֹּז desiderabit: imò si sequatur litera quæ nõ recipit dages leue, adhuc in quibusdam uerbis litera gutturalis habet purum scheua: ut יַחְמֹר concupiscet, יַחְסֹר deficiet: in quibus tamen litera quæ gutturalem mox præcedit, habet pathah, perinde ac si gutturalis punctuaretur cum scheua mixto. Dixi paulo superius, scheua illud compositũ etiam sub alijs quàm gutturalibus literis aliquando reperiri: & id quidem uerum est, quando duæ literæ in radice sunt similes, & prima fuerit scheuãda: ut גִּלְלֵי stercora, צִלְלֵי umbræ. Idem sentiendum, quando mugitus, hoc est uirgula mæthæg, uocem retinens est sub he pathato, idq; ante mem scheuatum, ut חַמְסַכְּרִים sepelientes: quod tamen non accidit singulari numero, sed

plurali tantum. Sunt etiam quædam aliæ causæ, propter quas literæ non gutturales quãdoq; recipiunt hatephpathah: de quibus consulere poteris Eliam Cantico duodecimo.

DE OFFICIIS LITERARUM seruilium.

INTER undecim seruiles literas, quæ sunt שְׁמוֹ נִבְתַּב אַלְיָה quædã ministrant uerbis, quædam nominibus, & quædam tam uerbis q̃ nominibus. Quæ ministrant uerbis, sunt quæ constituunt personas, genera, & numeros: ut literæ אֵיתָן à capite uerborum efficiunt futurum tempus, & literæ בַּבְלַם infinitiuo inseruiunt: porrò istæ literæ תְּדִימוּן uerbis subiunctæ, præteritum constituunt: & cætera. Vide Tabulam coniugationum, & harum literarum officia ex ea

ex ea facilius discere poteris, quàm si sigillatim eas tibi hic explicarem.
Cæterum literæ quæ à capite seruiunt uerbis & nominibus, sunt istæ, מִשָּׁה וְכָלְבְּ quarum ministeria nunc declarabimus.

מ Hæc litera primo capitur pro præpositione, significãs partem ex multitudine, ut מִפְּרִי הָעֵץ de fructu ligni: ualet enim idem quod מִן à uel ab, de uel ex: habetq; semper punctum dages sequentem, qui designat nun deficiens. Nam ubi dicẽdum fuerat מִן בַּיִת ex domo, dicimus breuius מִבַּיִת unica dictione. Sic pro מִן כֶּרֶם dicimus breuius מִכֶּרֶם ex uinea, contractis scilicet duabus dictionibus in unam. Et quando litera est gutturalis, quæ punctuli dages non est capax, agendum est iuxta regulam suprà memoratam: nempe quod uox breuis & dages

dages sunt mutãda in uocem magnã: ut מֵאָדָם ab homine, מֵחַמָּה à sole: pro מִן אָדָם & מִן חַמָּה Circumloquuntur etiam Hebræi per hanc literam comparatiuum gradum: ueluti חֲמֻדִּים מִזָּהָב וּמִפַּז רָב desiderabilia præ auro & obrizo multo: hoc est, desiderabiliora auro: & cætera. Sic טוֹב פִּרְיִי מֵחָרוּץ bonus est fructus meus præ auro: hoc est, Melior est fructus meus, quàm aurum: dicit sapientia in Prouerbijs. Porrò ם finale ualet eorum, eis, eos: ut רוּחָם spiritus eorum, אֲבַקְּשֵׁם inuestigabo eos: sicut ן finale facit earũ, eas, ut בֵּיתָן domus earum. Præteritum, participium & infinitiuus recipiunt mem finale, præcedente camez: futurum autem & imperatiuus, præcedente zere.

ש Officium schin est, quod capitur pro dictione אֲשֶׁר Qui, quæ, quod

quod: & punctuatur ferè semper cum sægol, etiam iuxta gutturales literas: ut שֶׁאֵל יַעֲקֹב בְּעֶזְרוֹ quod deus Iacob in auxilio eius: Psalmo CXLIIII שֶׁשָּׁמַתְנִי חַשְּׁמֶשׁ quod intuitus est, seu irradiauit me sol. Et dagessatur semper litera mox sequẽs, nisi illa sit gutturalis: tunc enim nulla fit in punctis mutatio: ut שֶׁעָמַלְתִּי qui laboraui. Inuenitur etiam aliquando ש habere pathah, loco sægol, hoc est pathah magnum loco pathah parui. Vocatur enim ֗, pathah paruũ: ut שַׁשַּׂמְתִּי quod surrexi, שַׁלְמָה אֶחְיֶה quæ cur ero? Canticorũ primo. שַׁאַתָּה quod tu: Iudicum sexto. Apud magistros, usus huius seruilis literæ frequentior est quàm in libris sacris.

ה Hæc litera he, primo uocatur הֵא חֲרִישָׁה quod ueluti demonstret rem aliquam, & eam insignem reddat: & solet adijci omnibus speciebus nominum

minum, exceptis proprijs nominibus: ut הַבַּיִת illa domus, הָאָדָם homo ille. Sed non dicitur הָאַבְרָהָם Abrahã ille, הַבַּית־לָחֶם Bethlæhæm. Et nota, quod semper punctuatur hæc litera cum pathah sequente dages, nisi sequatur una ex literis אער tunc enim camezatur: ut הָרֶכֶשׁ currus ille: ubi camez uox magna ponitur loco uocis paruæ & punctuli dages. Iuxta heth uero & he, habet plerunq; pathah: ut הַחֹרֶשׁ mẽsis ille, הַחִיא hæc ipsa. Item iuxta literas scheuatas aliquando habet litera scheuata post he illud dages punctum, ut הַיְהוּדִים Iehudæi: aliquando non habet, ut הַיְאוֹר piscina, הַיְסוֹד fundamentum. Et quando litera gutturalis mox sequens habet camez, he ipsum non raro habet sægol, ut הֶחָכָם ille sapiens, הֶהָרִים illi montes: excipiuntur paruæ dictiones, quales

les sunt הָעָם הָהָר Inuenitur deniq; hæc litera iuxta uerba, loco relatiui אֲשֶׁר ut הַשּׁוֹמֵר qui custodit: de quo in Grammatica, oratione prima, fundamento quinto.

Secundo uocatur ista litera he, הֵא הַתֵּימָה idest, he admirationis: uel הֵא הַשְּׁאֵלָה he interrogationis: & tunc semper punctuatur cum hatephpathah, & additur tam uerbis quàm nominibus cõsignificatiuis: ut הֲבַת nunquid filia? הֲיֵשׁ nunquid est? הֲיִצְלַח nunquid prosperabitur? Quando autem uenit iuxta literam scheuatam, habet pathah purũ, quum duo scheua à capite dictionis simul stare nequeãt: ut הַבְזוֹנָה nunquid ut scortum? הַבְרָכָה אַחַת nunquid benedictio una? nec uenit post he illud pathatum dages, sicut post he הַיְרִיעָה nisi in paucis locis, quãdo scilicet ipsum sequitur litera aliqua

qua ministerialis: ut הַבְּמַחֲנִים nunquid in castris? Numeri decimotertio. הַבְּצַעֲקָתָה num secundum clamorem? Geneseos undecimo. הַבְּמוֹת נָבָל num iuxta mortem Nabal? secundi Regum quarto. Nec est quod hic facile impingas, & agnoscas he demonstrationis, pro he interrogationis: quia he demonstrationis nunquā post se admittit literam seruilem, quemadmodū he interrogationis. Notandum præterea, quod he interrogatiua litera, ante literam gutturalem habet pathah solum: ut הַאִישׁ nunquid uir? הַעֶבֶר nunquid seruus? הַחִיִּיתֶם num uiuificastis? Et quando litera gutturalis camezatur, he quæsitiua litera habet sægol: ut הֶחָכָם nunquid sapiens? הֶחָשִׁיב אָשִׁיב num reducendo reducam? Geneseos uigesimoquarto.

De seruitio literæ he in fine dictionis

nis, dicetur paulo post in suo ordine.

ו Vocatur hæc litera אוֹת הַמְחַבֶּרֶת litera coniunctiua: est enim à principio dictionis coniunctio copulatiua, & punctuatur in hoc officio cum omnibus simplicibus uocalibus, præterquàm cum holem & kybuz. Tamen punctum illi ferè proprium & naturale est scheua, sed quod non raro ob certas causas in alia mutatur puncta.

Primo quidem in schurec, quando scilicet hæc litera uenit ad literam scheuatam, uel ad unam ex istis quatuor literis בּוּמַת Veluti, וּרְבַשׁ & mel, וּשְׁמַרְתֶּם & custodietis, וּמֹשֶׁה & Moses, וּבִנְיָמִין & Beniamin, וּפַרְעֹה & Pharao, וּוַשְׁתִּי & Vasthi, וּמַלְכְתָּ & regnabis. Secundo habet uau camez, quando duo nomina copulantur, & alterum habet accentum מִלְעֵיל uel uocem magnam: ut

ut שָׁמַיִם וָאָרֶץ cœlum & terra, תֹּהוּ וָבֹהוּ uacua & deſolata: de quo latius in Grammatica Eliæ. Tertio habet uau hirec, quando uenit iuxta iod ſcheuatum, ut וִיהוּדָה & Iehudas: quieſcente iod, וִירַעְתֶּם & dextera tua, וִימִינְךָ & cognoſcetis, וְיִהִי & erit: quæ abſq; uau habent ſub iod ſcheua: nempe ſic, יְהוּדָה יְמִינְךָ יֵרַעְתֶּם יְהִי Item quarto punctuatur uau coniunctio cum pathah quando accedit ad literam gutturalem punctuatam cum hatephpathah, ut וַעֲבָדִים & ſerui, וַחֲמֹרִים & aſini, וַאֲמַרְתֶּם & dixiſtis: & cætera. Quod ſi litera gutturalis habuerit hatephſægol, uau coniunctio accedens quoq; obtinebit ſægol, ut וֶאֱמֶת & ueritas, וֶאֱכוֹל & comede. Sed zere habet ſolum, iuxta nomen אֱלֹהִים ut וֵאלֹהִים & deus, וֵאלֹהָיו & deus eius. Idem obſeruant hæ tres literæ ב כ ל quando

quãdo accedunt ad nomen אֱלֹהִים ut בֵּאלֹהִים in deo, לֵאלֹהִים deo: & cætera. Porrò quomodo uau uertat præteritum in futurum, & futurum in præteritum, explicat Elias in Grammatica, oratione prima, fundamento quarto.

ב Caph, quando eſt litera ſeruilis, uocatur primo בַּף דְּמְיוֹן caph ſimilitudinis: ut בָּעָם כַּכֹּהֵן ſicut populus ſic ſacerdos. Et alio modo uocatur בַּף שִׁעוּר caph menſuræ, uel conjecturæ: ut בְּאַלְפַּיִם אִישׁ quaſi duo milia uirorum: Iehoſuæ quarto. Et punctuatur ut literæ beth atque lamed: de quo paulo poſt.

ל Litera lamed uno modo articulus eſt datiui caſus, ut לָעָם populo, לָאָדָם homini: alio modo indicat genitiuum caſum, ſignificans מִיחְ קִנְיַן id eſt, rei poſſeſſionem: ut לַיהוָה הָאָרֶץ Domini eſt terra, מִזְמוֹר לְדָוִד Pſal-

mus Dauidis. Sic à pronominibus אֲנִי אַתָּה הוּא ego, tu, ipse: & à pluralibus eorũ אֲנַחְנוּ אַתֶּם הֵם dicimus לִי mihi uel mei, לְךָ tibi uel tui, לוֹ illi uel illius, לָנוּ nobis uel nostri, לָכֶם uobis uel uestri, לָהֶם illis uel illorum: &c.

ב Litera beth quando seruit à capite, accipitur uno modo pro præpositiõe עִם cum: uocaturq́ בֵּית הָעֵזֶר idest beth subsidij, ut בְּחַרְבִּי וּבְקַשְׁתִּי cum gladio meo & cum arcu meo: Genesis quadragesimonono. Sic בֵּאלֹהִים נַעֲשֶׂה חַיִל cum deo faciemus uirtutẽ: Psalmo sexagesimo. Alio modo capitur pro תּוֹךְ uel קֶרֶב intra uel medio: uocaturq́ בֵּית הַכְּלִי beth instrumenti, ut בַּבַּיִת in domo, בַּשָּׂדֶה in agro. Tertio consignificat דִּבּוּק adhæsionem, & נְגִיעָה approximationem: ut וְדָבַק בְּאִשְׁתּוֹ & adhærebit in (uel cum) uxore sua: Genesis secundo.

הנוגע

הַנּוֹגֵעַ בָּהָר accedens in montem: Exodi decimonono capite.

Porrò punctuatio harum trium literarum בלב est talis. Punctus genuinus illis est scheua, sicut & literæ uau, ut בְּדָבָר in uerbo, לְדָבָר ad uerbum, בְּאִישׁ quasi uir. Quod si accesserint ad literam scheuatam, mutatur scheua earum in hirec, quum duo scheua à capite dictionis simul stare non possint: ut בִּשְׁמִי in nomine meo, & non בִּשְׁמִי Excipitur hic iod à capite scheuatũ, ut sunt יְרוּשָׁלַם יְהוּדָה & similia, in quibus utrunq́ scheua, tam literæ seruilis q̃ ipsius iod, mutatur in unũ hirec, ut בִּיהוּדָה in Iehuda, בִּירוּשָׁלַם in Ierusalem. Quod si memoratæ tres literæ uenerint ad gutturalem hatephatã, fiunt & ipsæ illi conformes in puncto: quia littera gutturalis hatephata, punctuat se & præcedentem literam: ut בַּעֲבָרִים

in ſeruis:& non בְּעֲבָרִים Sic לַעֲבָרִים ſeruis ipſis, לְאֱוִיל ſtulto, בְּאֱוִיל cum ſtulto.Excipitur nomen אֱלֹהִים iuxta quod habent zere,quieſcente aleph:ut בֵּאלֹהִים in deo:& cætera. Idem fit in infinitiuo uerbi אמר ut לֵאמֹר pro לֶאֱמֹר ad dicendum.

Item quando dictæ tres literæ adiunctæ fuerint à capite dictionis literæ he הַיְרִיעָה excludunt ferè ſemper literam he,& uſurpant ſibi punctum illius: ut pro בְּהַבַּיִת in ipſa domo,dicitur בַּבַּיִת Sic pro לְהָאָדָם ipſi homini,dicitur לָאָדָם in eodem ſignificato: & nihil eſt quod ſuprà diximus de he הַיְרִיעָה quod hic locum non habeat.

Excipiuntur tamen quædam, in quibus תֵּא הַיְרִיעָה manet, iuxta literam ſeruilem: ut ſunt בְּהַשָּׁמַיִם in ipſis cœlis, לְהַגְרוֹר in ipſum cuneum: & cætera.

De literis

DE LITERIS A FINE dictionum ſeruilibus.

Literæ quæ à fine ſeruiunt, computantur inter affixa. Affixa uocamus pronomina,quæ uerbis & nominibus affiguntur & coeunt cum illis in unam dictionem: ut נַפְשְׁךָ anima tua, נַפְשִׁי anima mea, נַפְשׁוֹ anima illius, נַפְשָׁם anima eorum, נַפְשֵׁנוּ anima noſtra, נַפְשְׁכֶם anima ueſtra. Sic cum uerbis: שְׁמָרְךָ cuſtodiuit te, שְׁמָרוֹ cuſtodiuit eum, שְׁמָרַתְּ cuſtodiuit eam, שְׁמָרַנִי cuſtodiuit me: & cætera.

Sed hoc intereſt, quod uerbis ſubiungi poſſunt affixa,uel pronomina abſoluta:ut שְׁמָרַנִי uel שָׁמַר אוֹתִי cuſtodiuit me, שְׁמָרָם uel שָׁמַר אוֹתָם cuſtodiuit eos, אֲהֵבָן uel אָהַב אוֹתָן dilexit eas: & cætera. Nominibus

autem adhærent sola affixa, & non pronomina absoluta.

AFFIXA SIMPLICIA.

ִי Iod ualet Meus, mei, me, mea: & cætera: ut à מֶלֶךְ fit מַלְכִּי rex meus, מַלְכֵי reges mei: רוֹדְפִי persequens me, רוֹדְפַי & persequentes me. Et in uerbis præteritis atque futuris & in imperatiuo utimur pro simplici iod syllaba ִי ueluti שְׁלָחַנִי misit me, תִּשְׁאָלֵנִי interrogabis me, שָׁמְרֵנִי custodi me, & קְרָאֵנִי inuoca me. Porrò plurale eius est ּנוּ nos, nostrum: ut מַלְכֵּנוּ rex noster, מַלְכֵינוּ reges nostri, עָזְבָנוּ deseruit nos, זְכַרְתָּנוּ recordatus es nostri.

ֹו Vau in fine cum holem, aut sine omni puncto, ualet Eius, ei, eum, uel illius, illi, illum: ut מַלְכּוֹ rex eius, דְּבָרוֹ uerbum illius, & דְּבָרָיו uerba illius

lius. Et cum uerbis, שָׁמְרוֹ custodiuit eum, uel שָׁמְרָהוּ addito scilicet he, & puncto holem mutato in schurec.

Præmittitur etiam sæpe ipsi uau littera nun dagessata: ut יִשְׁמְרֵנּוּ custodiet eum, pro יִשְׁמְרֵהוּ

Plurale eius est mem finale, & sæpe syllaba ֶם ut דְּבָרָם uerbum eorum, דִּבְרֵיהֶם uerba eorum, שְׁלָחָם misit eos, יִלְבָּשֵׁם induet eos, יַהַרְגֵם occidet eos.

ָה He cum puncto mappic est relatiuum fœminini generis. Et habet punctum illum quando præcedere potest camez: sin alius punctus præcedat, puta zere uel sægol aut schurec, habet he punctum camez. Exempla, דְּבָרָהּ uerbum eius, scilicet mulieris, דִּבְרֵיהָ uerba illius, שְׁמָרָהּ custodiuit illam, אֶשְׂנָאָהּ odiam eam. Habet quoq; he illud aliquando ante se nun dagessatũ,

ut תִּמְצָאֶנָּה inuenies eam. Eius plurale eſt nun finale,& ſyllaba תֵן ut דִּבְרָן uerbum earum, דִּבְרֵיתֵן uerba earum, אֲהֵבָן dilexit eas, אֶשְׁמְרֵן cuſtodiam eas, יַהֲרְגוּן occident eas.

Conſtituit alioquin he radici ſuperaddita,fœmininum genus: ut à מֶלֶךְ rex, מַלְכָּה regina,& קָדוֹשׁ ſanctus, קְדוֹשָׁה ſancta.

Capitur quoq; in fine localiter,ſignificans ſcilicet motum ad locum: ut ab אֶרֶץ terra, בָּא אַרְצָה uenit in terram, חִבִּיט הַשָּׁמַיְמָה ſuſpexit in cœlum.

ך Caph ſeruile à fine cum camez, ualet Tu,tuus,te,tibi:& cum ſchua,Tu,tua,in fœmininо:ut דְּבָרְךָ uerbum tuum, דְּבָרַיִךְ uerba tua, ó uir, אִשְׁתֶּךָ uxor tua, פָּקָדְךָ uiſitauit te, יִשְׁמְרוּךָ cuſtodient te. Plurale eius eſt ſyllaba כֶם uos,ueſter: ut דִּבְרָכֶם uerbum ueſtrum, דִּבְרֵיכֶם uerba ueſtra

ſtra, שְׁלָחָכֶם miſit uos, אֶשְׁמָרְכֶם cuſtodiam uos, תִּשְׁמְרוּכֶם cuſtodietis uos ipſos.

In fœmininо uero dicitur, דְּבָרֵךְ uerbū tuum, דְּבָרַיִךְ uerba tua, ó mulier, שְׁלָחוּךְ miſit te, שְׁלָחֻךְ miſerunt te, אֶשְׁמָרֵךְ cuſtodiam te, יִזְכְּרוּךְ recordabuntur tui. Et in plurali habet כֶן ut דִּבְרָכֶן uerbum ueſtrum, דִּבְרֵיכֶן uerba ueſtra, אֲהֵבְכֶן dilexit uos,& יִשְׁמְרוּכֶן cuſtodient uos:& cætera.

DE NVMERIS

NVmerant Hebræi per literas alphabeti,haud ſecus quàm nos per ciphras. Nam uox ipſa Ciphra, uidetur ab Hebræis mutuata. Vocant enim illi numerationem, סְפִירָה ſphiram.

Vſus

Vſus literarum pro numeris hic eſt,

א	ב	ג	ד	ה	ו	ז	ח	ט	י
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
יא	יב	יג	יד	טו	יו	יז	יח	יט	כ
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
ל	מ	נ	ס	ע	פ	צ			
30	40	50	60	70	80	90			
ק	ר	ש	ת	תק	תר	תש	תת	קתת	
100	200	300	400	500	600	700	800	900	
תתר	א	ב	ג	ד	ה				
1000.	2000	3000	4000	5000					

Superſtitioſe enim יה pro numero 15 non ponunt: eo quòd ſit pars diuini nominis יהוה Sed accipiũt literam ט quæ denotat nouem, cui iungunt figuram ו quæ ſex deſignat.

Quidam uſurpant etiam literas finales pro numeris, ſcilicet

ך	ם	ן	ף	ץ
500	600	700	800	900

Nume

Numerum annorum mundi, hoc CHRISTI anno Milleſimo quingenteſimo quadrageſimo tertio, currente uſque ad Septembrem, Hebræi ſcribunt hoc pacto,

ה ש ג

5 3 0 3

hoc eſt, quinquies milleſimum tricenteſimum tertium.

Vbi uides quòd literæ aleph, beth, & reliquæ: ante literas centenarium ſignificantes poſitæ, tot millenaria important, quot unitates ſeorſum poſitæ ſignificant.

Hebræi tamen plerunq; omittunt millenarium numerum, & ſcribunt in hunc modum, מִבְּרִיאַת הָעוֹלָם בִּשְׁנַת שׁ״ג לפ״ק hoc eſt, anno à creatione mundi tricenteſimo tertio, iuxta minorem numerũ. Facit enim לפ״ק idem quod לְסִטְרַ עָטוֹן

Numeri

NVmeri cardinales & ordinales masculini & fœminini generis, hic in promptu habes.

Cardinales masculini,

Vnus	Duo	Tres	Quatuor
אֶחָד	שְׁנַיִם	שְׁלֹשָׁה	אַרְבָּעָה
Quinque	**Sex**	**Septem**	**Octo**
חֲמִשָּׁה	שִׁשָּׁה	שִׁבְעָה	שְׁמֹנָה
Nouem	**Decem.**		
תִּשְׁעָה	עֲשָׂרָה		

Cardinales fœminini,

Vna	Duæ	Tres	Quatuor
אַחַת	שְׁתַּיִם	שָׁלֹשׁ	אַרְבַּע
Quinque	**Sex**	**Septem**	**Octo**
חָמֵשׁ	שֵׁשׁ	שֶׁבַע	שְׁמֹנָה
Nouem	**Decem.**		
תֵּשַׁע	עֶשֶׂר		

Ordina

Ordinales masculini,

Primus	Secundus	Tertius
רִאשׁוֹן	שֵׁנִי	שְׁלִישִׁי
Quartus	**Quintus**	**Sextus**
רְבִיעִי	חֲמִישִׁי	שִׁשִּׁי
Septimus	**Octauus**	**Nonus**
שְׁבִיעִי	שְׁמִינִי	תְּשִׁיעִי
Decimus.		
עֲשִׂירִי		

Ordinales fœminini,

Prima	Secunda	Tertia
רִאשׁוֹנָה	שֵׁנִית	שְׁלִישִׁית
Quarta	**Quinta**	**Sexta**
רְבִיעִית	חֲמִישִׁית	שִׁשִּׁית
Septima	**Octaua**	**Nona**
שְׁבִיעִית	שְׁמִינִית	תְּשִׁיעִית
Decima.		
עֲשִׂירִית		

Inuenitur

Inuenitur etiam sæpe אַחַר pro אֶחָד & אַחַת pro אֶחָת

Dicitur quoq; in fœminino שְׁתַּיִם pro שְׁנַתַּיִם duæ.

Proinde masculina cardinalia in נסמוך idest subiunctione nominum, habent hanc formam,

שְׁנֵי שְׁלֹשֶׁת אַרְבַּעַת חֲמִשָּׁה שִׁשָּׁת
שִׁבְעַת שְׁמוֹנַת תִּשְׁעַת עֲשֶׂרֶת

Et in fœminino,

שְׁתֵּי שְׁלֹשׁ אַרְבַּע חֲמֵשׁ שֵׁשׁ שִׁבַּע
שְׁמוֹנָה תִּשַׁע עֲשָׂרֵה

POST decem, ordinalis numerus non differt à cardinali. Dicitur enim, אַחַד עָשָׂר undecim & undecimus: & עַשְׁתֵּי עָשָׂר חֹדֶשׁ undecimus mensis: & in fœminino, עַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה יְרִיעוֹת undecim cortinæ: שְׁנֵים עָשָׂר duodecim & duodecimus, שְׁלֹשָׁה עָשָׂר tredecim & tredecimus, אַרְבָּעָה עָשָׂר quatuordecim & decimusquartus.

עשרים

עֶשְׂרִים uiginti & uigesimus, שְׁלֹשִׁים triginta & trigesimus, אַרְבָּעִים quadraginta & quadragesimus, חֲמִשִּׁים quinquaginta & quinquagesimus, שִׁשִּׁים sexaginta & sexagesimus, שִׁבְעִים septuaginta & septuagesimus, שְׁמֹנִים octoginta & octogesimus, תִּשְׁעִים nonaginta & nonagesimus, מֵאָה centum & centesimus, מָאתַיִם ducenti & ducentesimus. שְׁלֹשׁ מֵאוֹת trecenti & trecentesimus. אֶלֶף mille, millesimus, אַלְפַּיִם millia, אַלְפַּיִם duo millia, רִבֹּא & רִבָּה atque רְבָבָה decem millia: idem רִבּוֹ aleph mutato in uau, רִבּוֹתַיִם uiginti millia, רִבּוֹ רִבְבָן decies decem millia, idest centum millia.

In fœminino genere, post decem hoc pacto numeramus, אַחַת עֶשְׂרֵה & עַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה undecim & undecima, שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה duodecim & duodecima.

שלש

שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה tredecim & decimatertia;
אַרְבַּע עֶשְׂרֵה quatuordecim & quarta decima: עֶשְׂרִים uiginti & uigesima;
שְׁלֹשִׁים triginta & trigesima.
Et sic de reliquis, ut in masculino genere.

PRIMÆ PARTIS INSTITVTIONIS HEBRAICÆ LINGVÆ FINIS

ELIANAE GRAMMATICÆ SVMMARIVM

& ueluti compendium quoddam in pulchrum redactum ordinem.



E simplici Lectori & mutis præceptoribus linguam sanctam discere instituenti, Hebraismi incõsuetus loquendi modus imponat, aut à studio eius absterreat: cõsultum nobis uisum fuit breuibus ostendere, quid Elias in nobili sua grãmatica & ex doctiorum rabbinorum commentarijs excerpta, summarie doceat, quas regulas prescribat, quem ordinem sequatur: & sic ueluti semitam præparare in eandem, ut uel omnibus usui esse possit, etiã si iam bonam partem explicuerimus.

E Igitur

IGITVR in primis docet apud Hebræos tres esse orationis partes, Nomen, Verbum, & Consignificatiuas dictiones, per quas intelliguntur Aduerbia, Præpositiones, Coniũctiones & Interiectiones. In Verbis maior uis est. Porrò omne Nomen & Verbum tribus radicalibus constat literis. Vocãt enim uocabuli originem, שׁוֹרֶשׁ radicem. Et omnes aliæ literæ à capite uel calce adductæ, nuncupãtur שִׁימוּשִׁיוֹת ministeriales. Denominãt autẽ literas cuiuslibet radicis, à tribus literis huius uocabuli פָּעַל Primã scilicet cuiuslibet radicis literam uocãtes pe uel pepoal, secundam ain seu ainpoal, & tertiam lamed siue lamedpoal: ut in radice שָׁמַר schin est pepoal, mem ainpoal, & res lamedpoal.

Præterea secernunt totius linguæ radices, in octo classeis seu ordines.

Primum

Primum ordinem tenent פָּעֲלִים שְׁלֵמִים uerba & nomina perfecta, quæ scilicet nunquam ob quamcunq; inflexionem amittunt unam ex radicalibus literis: ut sunt שָׁמַר custodiuit, בָּרַל diuisit, הָרַג occidit. De his Aben Ezra ita scribit, אוֹתִיּוֹת הָעִיקָּר שֶׁהֵם דג״ז קֹטֶת עֵץ חסר אֵינָם נִגְרָעִים לְעוֹלָם זוֹלָתִי הַכְּפוּלִים הַמְדוֹמִים מֵהָעַיִן וְהַלָּמֵד:

Secundum ordinem constituũt defectiua in pe nun, hoc est quę primam radicalem literam habent nun: ut נָגַשׁ accessit, נָפַל cecidit: & alia multa, quæ ob id חֲסֵרִים defectiua uocitantur, quia haud raro amittitur nun prima litera radicalis, & loco eius dagessatur ainpoal aut secunda radicalis: ut אֶפֹּל pro אֶנְפֹּל cadam, & תִּגַּשׁ accedes.

Tertium ordinem efficiunt omnia uerba & nomina, quorum prima litera radicis est iod, & ea uocantur נָחִי פֵּא

יוֹר quieſcentia in pe iod:nam nõnun/
quam quieſcit iod in uoce magna,præ
ſertim in zere,ut à יָשַׁב ſedit, dicitur
in futuro אֵשֵׁב ſedebo, תֵּשֵׁב ſedebis.
Et ab eodem uerbo fit uerbum tranſi/
tiuum quod hiphil uocãt,hunc in mo/
dum הוֹשִׁיב fecit ſedere, ſeu colloca/
uit:ubi iod litera quieſcit in uoce ma/
gna,uau holem. In hunc quoq; ordi/
nem reiiciuntur uerba quæ ab א inci/
piunt: nam & ea nonnunquam in fu/
turo permittunt quieſcere א literam,
quemadmodum ab אָבַל comedit,di
citur אֹבַל comedam,quieſcente aleph
eſſentiali in holem:aleph uero expreſ/
ſe ſcriptum cõſtituit primã perſonam
futuri tẽporis. Et illa quies ſolum inue/
nitur in prima perſona ſingulari: nam
in aliis perſonis dicitur תֹּאבַל come/
des, יֹאבַל comedet,א expreſſe ſcripto,
ſed non lecto. Quartum ordinem

uen

uendicãt ſibi uerba,quorum media ra
dicalis eſt uau quieſcens,quę plerunq;
eliditur, & in uoce magna quieſcit: ut
סָם pro קוֹם ſurrexit, שָׂם pro שׂוֹם
poſuit. In imperatiuo tamen & futuro
uau expreſſe ſcribitur:de quo in gram
matica. Huc etiã pertinent uerba quo/
rum media radicalis eſt iod quieſcens:
ut רִיק uacuus fuit, גִּיחַ clauſit, טִיל
tulit:& cętera. Dixi ſignanter,quando
iod uel uau quieſcit:quia ſi moueren/
tur, iam radix illa alteri ordini adſcri/
benda erit:ut גָּוַע expirauit, quod eſt
de primo ordine: חָיָה uixit,quod eſt
de quinto ordine. Quintus ordo
complectitur uerba,quæ habent pri/
mas duas radicales literas inuariabiles
& tertiam ה uel א uocanturq; quie/
ſcentia in lamed he:ut עָשָׂה fecit, קָרָא
clamauit. Quæ deſinunt in he,mutant
plerunque he in iod uel uau:ut עָשִׂיתָ

 feciſti

feciſti, עָשׂוּ fecerunt, עֲשׂוֹת facere: de quo habebis in Coniugatiõibus. Quę uero terminantur in literam aleph, in illis quieſcit aleph: hoc eſt, non habet proprium punctum uocalem: ut קָרָאתָ uocaſti, נִקְרָאתָ uocatus es: & cætera.

Sextus ordo habet radices פְּעוּלִים quæ ſcilicet duplicant alteram radicalem, ſed in hoc ordine una ſimilium rejicitur, & relicta dageſſatur: ut à תַּמֵּם quod eſt de primo ordine, fit תַּם perfecit, eiuſdem ſcilicet ſignificati cum תַּמֵּם Et illico ut aliam literam adieceris ei à fine, recipit mem litera pũctum dages, ut תַּמּוּ perfecerunt. Sic à גַּזַּ fit גַּז totondit, abſcq; dages: quia ultima dictionis litera non dageſſatur, niſi punctuetur: & ſi addideris literam, dageſſatur zain: ut גַּזּוֹתָ totondiſti, גַּזּוּ totonderunt. In ſeptimo ordine ſunt uerba, quæ primã radicalem literam habent nun uel iod uel aleph, & tertiam he uel aleph: ut נָבֶּה נָטֶּה quæ ratione nun ſunt defectiua, & ratione he quieſcentia in tertia radicali: ſunt igitur compoſiti ordinis. Hæc uero אָבָה יָרֵה & ſimilia, quieſcunt in prima & tertia radicali. Octauus ordo habet uerba מְרֻבָּעִים quæ ſcilicet conſtant quatuor radicalibus literis, quẽadmodum ſunt גִּלְגֵּל שִׁעֲשַׁע בִּרְבֵּל & ſimilia. Hæc de ordinibus dicta ſufficiant. In Elia, copioſiora de illis inuenies: nos ſolum uiam in eundem ſternimus.

DE CONIVGATIONIBVS

DOCET Elias in Coniugationibus duo obſeruãda, formam & ſignificationẽ. Et ut iam uerba diſcreuimus in octo ordines, ita notabis, quod in quolibet ordine, octauo excepto, inueniuntur quatuor coniugationes, iuxta

xta quas quodcp uerbum quadruplici ter coniugari potest, haud secus quàm apud Latinos unum uerbū in duabus aut tribus coniugationibus inflectitur: ut est pario & parturio, edo edis, esito esitas, esurio esuris: &c. Sic enim in prima cōiugatiōe Hebræa dicimus שָׁמַר In secunda שִׁמֵּר In tertia הִשְׁמִיר Et in quarta הִשְׁתַּמֵּר Et item si acceperis uerbum de secundo ordine, poteris illud per singulas quatuor inflectere cōiugationes: ut נָגַשׁ in prima, נִגַּשׁ in secunda, הִגִּישׁ in tertia, הִתְנַגֵּשׁ in quarta. Exemplū in tertio ordine, יָשַׁב in prima, יִשֵּׁב in secunda, הוֹשִׁיב in tertia, הִתְיַשֵּׁב in quarta. Ista autem multiplex coniugatio unius uerbi, solum propter transitiuam significationem habēdam, apud Hebræos ponitur. Est enim mirabile dei artificium in hac lingua, ut ex una uoce multa fluāt

signifi

significata. Nam ubi Latinus dicit sedeo in neutro genere, & colloco in actiuo genere, Hebræus id explicat una uoce, sed in diuersis coniugationibus: nempe יָשַׁב in prima, & הוֹשִׁיב fecit sedere seu collocauit, iu tertia. Sic יָצָא exiuit, הוֹצִיא eduxit, לָמַד didicit, לִמֵּד docuit, נָגַשׁ appropinquauit, נִגַּשׁ penetrauit, הִגִּישׁ applicauit, הִתְנַגֵּשׁ applicauit seipsum. Vides quàm breuis & quàm lata sit hæc lingua. Sed nunc coniugationes ipsas sermone succincto explicabo.

PRIMA coniugatio uocatur קַל ideſt leuis: quia non habet dages ut secunda coniugatio, nec he ut tertia, nec syllabam הִתְ ut quarta. Forma eius est triplex, scilicet שָׁמַר custodiuit, חָפֵץ desiderauit, & יָכֹל potuit. Prima forma habet camez & pathah, secūda camez & zere, tertia camez & holem.

Signifi

Significatio uero eius est plerũq; neutra, & solum propter uerba neutra ponitur, sicut aliæ propter uerba transitiua: tametsi multa quoq; in ea inueniuntur transitiua uerba. Exempla: שָׁבַן quieuit, mansit, in prima: שִׁבֵּן posuit, in secunda. Sic שָׁכַב iacuit, in prima: הִשְׁכִּיב posuit in lectum, in tertia. Item שָׁמַע audiuit, שִׁמַּע in secunda: & in tertia, הִשְׁמִיע diuulgauit: שָׁלַח missit, in prima: שִׁלַּח ablegauit, in tertia. Sic פָּתַח aperuit, puta ostium uel simile quid, quod iterum clauditur: & פִּתַּח aperuit cum uiolentia, uel quod nõ iterum clauditur. Sic שָׁבַר fregit, שִׁבֵּר contriuit: הִשְׁבִּיר fecit frangere, scilicet per alium: אָבַל comedit, אִבֵּל deuorauit, הֶאֱכִיל cibauit. Sunt etiam multa, quæ in prima cõiugatione sunt neutra, & in secũda atq; tertia sunt ad alterum trãsitiua: ut מֵת mortuus est, in

in prima coniugatione: מִתֵּת occidit, in secunda: & הֵמִית interfecit, in tertia. Sic חָכַם sapiens fuit, חִכֵּם sapientiam docuit: idem ferè הֶחְכִּים

Regulariter itaq; uerba quæ in prima coniugatione sunt neutra, in secunda & tertia ex æquo fiunt transitiua: & quæ in prima sunt transitiua ad alterum, in secunda addunt significato uehemẽtiam quandam, & in tertia fiunt transitiua ad tertium. Nunc exempla ponemus in hac prima coniugatione pro singulis ordinibus, & secundum modos, ut ab Hebræis describuntur.

Coniugatio

CONIVGATIO ACTIVA uerborum kal, per omnes ordines, & primo in uerbis perfectis.

Præteritum, עָבַר

שָׁמַר חָפֵץ	cuſtodiuit, maſc. gen.
שָׁמַרְתָּ חָפַצְתָּ	cuſtodiuiſti, maſcul.
שָׁמַרְתִּי חָפַצְתִּי	cuſtodiui, cõmunis g.
שָׁמְרוּ	cuſtodierunt, cõmu.
שָׁמַרְנוּ	cuſtodiuimus, cõmu.
שְׁמַרְתֶּם	cuſtodiuiſtis, maſcu.
שָׁמְרָה חָפְצָה	cuſtodiuit, fœminini
שָׁמַרְתְּ שָׂבַחְתְּ	cuſtodiuiſti, fœmini.
שְׁמַרְתֶּן	cuſtodiuiſtis, fœm.

Secunda ſingularis maſculini ſæpe recipit paragogen he: ut שָׁמַרְתָּה cuſtodiuiſti. Porrò ſub accentibus pauſantibus, dicimus שָׁמְרוּ שָׁמָר Et in fœminino, חָפְצָה שָׁמְרָה

Inue

Inueniũtur quoq; quædam uerba habere duplex camez extra pauſam, ſed non ubique: ut מָלַךְ regnauit, שָׁאַג rugiuit. שָׁפַט iudicauit.

Participium præſens, בֵּינוֹנִי

שׁוֹמֵר חָפֵץ זֹרֵעַ	cuſtodiens, maſcul.
שׁוֹמְרִים	cuſtodientes, maſc.
שׁוֹמֶרֶת שׁוֹמְרָת	cuſtodiens, fœmin.
שׁוֹמְרוֹת	cuſtodientes, fœm.

Forma חָפֵץ eſt communis præterito & participio præſenti. Vtuntur autem Hebræi hoc participio loco uerbi præſentis temporis, præponuntq; pronomina primæ, ſecundæ & tertiæ perſonæ: ut אֲנִי שׁוֹמֵר cuſtodio, אַתָּה שׁוֹמֵר cuſtodis, אֲנַחְנוּ שׁוֹמְרִים cuſtodimus. Sic in fœminino, אַתְּ שׁוֹמֶרֶת cuſtodis: & cætera.

Participium præteritum, פָּעוּל

שָׁמוּר זָרוּעַ	cuſtoditus, maſcul.
שְׁמוּרִים	cuſtoditi, maſculini

שְׁמוּרָה שְׁמוּרַת custodita, fœminini
שְׁמוּרוֹת custoditæ, fœmini.

Et hoc participium recipit pronomina sicut participium præsens. Porrò quæ sunt neutra, usurpant adiectiuum pro utroq; participio: ut à גָּבַר præualuit, fit גִּבּוֹר fortis. Sic רָחוֹק longe absistens, pro רוֹחֵק & רָחוּק Sunt tamen multa neutra quæ primũ habent participium pro utroque, ut עוֹמֵד stans, הוֹלֵךְ incedens.

Infinitiuus, מְקוֹר

שָׁמוֹר שָׁמֹעַ custodire, custodiẽdo
לִשְׁמוֹר לִשְׁמֹעַ ad custodiendum:
בִּשְׁמוֹר בַּעֲמֹד in custodiendo:
בִּשְׁמוֹר quum custodiret:
מִשְׁמֹר à custodiendo.

Infinitiuus sine literis bachlam habet sub prima camez, & cũ literis bachlã mutatur camez in scheua. Post mem autem bachlam sequitur dages, quia mem

mem illud est à præpositione מִן ab, sconditurq; nun per dages in schin. Porrò quando prima radicalis est gutturalis, mem habet zere: ut מֵחָרֹג ab occidendo. Cum uirgula macaph, mutatur holem in hatephcamez: ut שָׁמְרוּ custodiendo.

Imperatiuus, צִוּוּי

שְׁמֹר & שִׁמְרָה זָכְרָה custodi, masc.
שִׁמְרוּ שָׁמְרוּ שִׁירוּ custodite, ma.
שִׁמְרִי מַלְכִי שִׁמְחִי custodi, fœm.
שְׁמֹרְנָה שִׁמַּעְנָה custodite, fœ.

Abijcitur etiam nonnũquam litera he à plurali fœminino, ut שְׁמֹרְנָ Item neutra, & quæ desinunt in literam gutturalem, habent plerunq; pathah loco holem: ut שְׁמַע audi, שְׁכַב iace, & שְׂמַח lætare: & cum uirgula macaph זָכְרוּ recordare. Sed de hoc uide Eliam, oratione secunda, fundamẽto primo, signo sexto.

Futurum

Futurum, עָתִיד

Formatur futurum ab imperatiuo, literis איתן præpositis: recipitq́ prima utriusq́ numeri persona nonnunquam paragogen he. Punctuatur autem litera aleph cum sægol, & reliquæ tres literæ יתן cum punctulo uocali hirec.

אֶשְׁמֹר אֶשְׁמְרָה אֶשְׁכַּב custodiam, c.
תִּשְׁמֹר תִּשְׁמַע תִּשְׁמֶר- custodies, m.
יִשְׁמֹר יִשְׁמַח custodiet, m.
יִשְׁמְרוּ יִשְׁמְרוּן custodiēt, m.
תִּשְׁמְרוּ תִּפְקְדוּן custodietis, m
נִשְׁמֹר נִפְקְדָה custodiēus, c.
תִּשְׁמְרִי תִּפְקְדִין custodies, fœ.
תִּשְׁמֹר תִּשְׁמַח custodiet, fœ.
תִּשְׁמֹרְנָה תִּשְׁמַחְנָה custodietis, custodient, fœminini generis.

Et cum abiectione literæ he, תִּשְׂמַחְוּ lætabimini: & quorum prima est gutturalis, אַעֲמֹר stabo, תֶּחֱזַק præualebis

lebis, יֶאֶרְבוּ insidiabuntur, תֶּחֱזַקְנָה præualebunt.

EXEMPLAR PRIMAE coniugationis in secundo ordine.

נָגַשׁ נָפַל appropinquauit, masculini
נָגַשְׁתָּ appropinquasti, masculini

Totum præteritum coniugatur ut in perfectis.

Participium præsens,

נוֹגֵשׁ appropinquās: ut in perfectis.

Participium præteritum,

נָטוּעַ plantatus: ut in perfectis.

Infinitiuus, מָקוֹר

גֶּשֶׁת appropinquare. Et cum literis bachlam, מִגֶּשֶׁת בְּגֶשֶׁת לְגֶשֶׁת

Quæ in infinitiuo abijciunt nun, assumunt à fine literam ת Quæ uerò non abijciunt, tenent formam perfectorū, sicut & purus infinitiuus est sine defectu: ut נָגוֹשׁ appropinquando, נָפוֹל

cadendo:& cum literis bachlam לִנְבּוֹל more perfectorum. Sic à לִנְטַע נָטַע A נָגַע autem, לִגַּעַת ad tangendum: mutato duplici sægol in duplex pathah,propter literam gutturalem. Sic itaq; quædam ueniunt more perfectorum,& quædam cum defectu primæ radicalis literæ.

Imperatiuus, צַוּוי

גַּשׁ גֹּשׁ נְתַץ	appropinqua, masculi.
גְּשׁוּ נִפְלוּ	appropinquate, masc.
גְּשִׁי נִתְּצִי	appropinqua,fœmin.
גַּשְׁנָה נִפַּלְנָה	appropinquate, fœm.

Dicitur etiam in singulari masculino, גְּשֵׁה Quædam itaq; ueniunt integra, & quædam cum defectu literæ nun.

Futurum, עָתִיד

Omnia ferè uerba huius ordinis,in futuro abijciunt nun primam radicalem literam,& dageſſant alteram.

אֶגַּשׁ אֶגְּשָׁה	appropinquabo,cõmu.

תגש

תִּגַּשׁ תִּפֹּל	appropinquabis, m.
יִגַּשׁ יִגַּרְתּ	appropinquabit, m.
נִגַּשׁ נִגְּשַׁתּ	appropinquabius, c.
תִּגְּשׁוּ תִּגְּרוּן	appropinquabitis,m
יִגְּשׁוּ יִנְסְפוּ	appropinquabũt, m.
תִּגְּשִׁי תִּפְּלִי	appropinquabis,fœ.
תִּגַּשְׁנָה תִּפֹּלְנָה	appropinquabitis,&

appropinquabunt,fœminini generis.

EXEMPLAR PRIMAE coniugationis in tertio ordine.

יָשַׁב יָרֵעַ אֹמֵר	habitauit, masculini.
יָשַׁבְתָּ יָשַׁבְתְּ	habitasti, masculini.

Præteritum hoc nõ differt à perfectis.

Participium præsens,

יוֹשֵׁב יוֹרֵעַ אוֹמֵר	habitans, masculi.

Participium præteritum,

יָשׁוּב יָרוּעַ	habitatus,masculini gen.

Hęc duo participia fiũt ut in perfectis.

Infinitiuus, מָקוֹר

שָׁבֹת יָרֹעַ	habitare,sedere.

לָלֶכֶת לְרַעַת ad eundum.
בְּלֶדֶת בֶּאֱמֹר quum pareret.

Abijcitur plerunq; prima iod & adnectitur litera tau, habentq; hi infinitiui formam nominum, quæ duplici constant sægol: nam sicut à קֶרֶב dicimus קִרְבוֹ interiora eius, sic à שֶׁבֶת שִׁבְתּוֹ sessio eius. Porrò in רַעַת utrunq; sægol mutatur in pathah propter literā gutturalem.

Imperatiuus, צִוּוּי

שֵׁב שְׁבָה דַּע sede, habita, mascul.
שְׁבוּ רְשׁוּ אִמְרוּ habitate, masculini:
שְׁבִי דְּעִי sede, fœminini gen.
שָׁבְנָה דַּעְנָה sedete, habitate, fœ.

In hoc modo iod abiectum, nullum post se relinquit uestigium.

Futurum, עָתִיד

אֵשֵׁב אֵשְׁבָה אֹמַר sedebo, communi
תֵּשֵׁב תֵּדַע תֹּאמַר sedebis, masculini
יֵשֵׁב יִיטַב יִישַׁר sedebit, masculini:

נֵשֵׁב נֵדְעָה habitabimus, com.
תֵּשְׁבוּ תֵּדְעוּן habitabitis, mascul.
יֵשְׁבוּ יֵרְדוּן habitabunt, mascu.
תֵּשְׁבִי תִּינְקִי habitabis, fœmini.
תֵּשֵׁב תֵּרֵד תִּיסַד habitabit, fœmini.
תֵּלַדְנָה pariēt, parietis, fœ.

Hic facile licet uidere, quomodo iod prima radicalis sub literis futuri tēporis quiescat in zere uoce magna, etiam si pauca quędam inueniantur quæ iod in futuro non abijciunt: sicut indicaui per exempla יִיטַב & יִינְקִי Quod autem secunda quoque habet zere, ut יֵרֵד id aiunt esse propter conformitatem, licet illa non ubiq; obseruetur: ut וַיֵּלֶךְ & abijt.

EXEMPLAR PRIMAE coniugationis in ordine quarto.

Præteritum, עָבַר

קָם מֵת אוֹר גֵּית surrexit, masculini:

קַמְתָּ מַתָּ אַתָּה	ſurrexiſti, maſculi.
קַמְתִּי מַתִּי גַּם־אֲנִי	ſurrexi, communis
קָמוּ מֵתוּ אוּרוּ	ſurrexerunt, com.
קַמְתֶּם מַתֶּם	ſurrexiſtis, maſcul.
קַמְנוּ מַתְנוּ	ſurreximus, cōmu.
קָמָה מֵתָה	ſurrexit, fœminini:
קַמְתְּ מַתְּ	ſurrexiſti, fœmini.
קַמְתֶּן מַתֶּן	ſurrexiſtis, fœmin.

Quieſcit in hoc ordine media radicalis uau, in camez & zere: idcꝫ ſolum in tertia perſona utriuſque numeri. In reliquis autē perſonis mutatur camez in pathah, ne ſequēs ſcheua mobile fiat. Adiecimus exēplum מֵת quod illud frequens ſit in Biblijs ſacris, etiam ſi aliud ſibi ſimile raro occurrat. Inueniuntur quocꝫ quatuor aut quincꝫ, in quibus zere mutatur in iod hirec aliā uocem magnā: ut צֵית בֵּין טֵיל גִּית Quod autem à מֵת fit in ſecunda מַתָּ & non מַתְּתָּ id commune eſt omnibus uerbis

bis in tau literam deſinentibus.

Participium præſens, בֵּינוֹנִי

קָם מֵת אוֹר	ſurgens, maſculini ge.
קָמִים מֵתִים	ſurgentes, maſculini g.
קָמָה מֵתָה	ſurgens, fœminini ge.
קָמוֹת מֵתוֹת	ſurgentes, fœminini g.

Fœmininum huius participij non differt à præterito fœminini generis, niſi in accentu: nam præteritum eſt מִלְעֵיל millel, hoc eſt, habet accentum in penultima ſyllaba: participium uero eſt מִלְרַע milra, hoc eſt, habet accentum in ultima ſyllaba.

Participium præteritum, פָּעוּל

מוּל סוֹר	circumciſus, maſculini:
מוּלִים	circumciſi, maſculini g.
מוּלָה סוֹרָה	circumciſa, fœminini g.
מוּלוֹת	circumciſæ, fœminini.

Hæc participia ſunt rara in iſto ordine, & ſecundum quoſdam ſunt nomina תוֹאַר ideſt formalia.

Infinitiuus, מָקוֹר

קוּם שׁאֵב surgere.

לָקוּם בְּקוּם ad ſurgendum.

Imperatiuus, צִוּוּי

קוּם קוּמִי שִׁירִי ſurge, maſculini: רֵץ

קוּמוּ גִילוּ שִׁבוּ ſurgite, maſculini:

קוּמִי סוּרִי שִׁירִשִׁי ſurge, fœminini g.

קוּמְנָה סְרֵנָה ſurgite, fœminini.

Mutatur ſæpe in imperatiuo uau litera in iod: ut שִׁירוּ cantate, שִׁישׁוּ lætamini.

Futurum, עָתִיד

אֲקוּם אֲמוּת יָסִית ſurgã, com. אֲשִׁירָה

תָּקוּם תָּשׁוּב ſurges, maſculini:

יָקוּם יָקֻם יָבוֹא ſurget, maſculini:

נָקוּם נָקוּמָה ſurgemus, comm.

תָּקוּמוּ תְּסוּמוּן ſurgetis, maſculini:

יָקוּמוּ יְסִיתוּן ſurgent, maſculini:

תָּקוּמִי תָּשִׁישִׁי ſurges, fœminini:

תָּקוּם תָּבוֹא ſurget, fœminini:

תָּקוּמְנָה ſurgetis, ſurgent: f.

Quando

Quãdo uau hippuch (quod ſcilicet futurum mutat in præteritum) acceſſerit, mutatur plerunque uau in camez uel alium punctum: ut וַיָּקָם & ſurrexit, וַיִּשְׁרֹר & dominatus eſt, וַיָּרָץ & cucurrit, וַיָּמָת & mortuus eſt.

EXEMPLAR PRIMAE coniugationis in ordine quinto.

Præteritum, עָבַר

גָּלָה חָיָה סָרָא reuelauit, maſculini:

גָּלִיתָ סָרָאתָ reuelaſti, maſculini g.

גָּלִיתִי בָּרָאתִי reuelaui, cõmunis ge.

גָּלִינוּ בָּרָאנוּ reuelauimus, comm.

גָּלִיתֶם בָּרָאתֶם reuelaſtis, maſculini:

גָּלוּ קָרָאוּ reuelauerunt, comm.

גָּלְתָה חָיְתָה reuelauit, fœmini ge.

גָּלִית גָּלִית reuelaſti, fœminini:

גָּלִיתֶן חָיִיתֶן reuelaſtis, fœminini.

Mutatur hic litera he tertia radicalis in iod, & in tertia fœminini mutatur unũ he

he in tau raphatum: excipiũtur tamen quatuor uerba, in quibus he tertia radicalis perpetuò ſtabilis manet: ut גָּבַהּ גָּבְהָה exaltauit, exaltaſti: בָּגַהּ בָּגְהָה ſplenduit, תָּמַהּ miratus eſt, כָּמַהּ concupiuit: & hæc numerantur inter perfecta, quantum attinet ad literam he: atque ob id non habent duo camez, ſed he ſignatur pũcto uentrali ad indicandum hanc ſtabilitatem.

Participium præſens, בֵּינוֹנִי

עוֹשֶׂה גוֹלֶת faciens, maſculini gener.
עוֹשִׂים facientes, maſculini gen.
עוֹשָׂה faciens, fœminini gene.
עוֹשׂוֹת facientes, fœminini gen.

Habet hic fœmininum genus ſingulare diſcrimen à maſculino ſingulari in ſolo puncto finali, quia maſculinũ habet ſægol, & fœmininum camez. Maſculina in regimine mutãt ſægol in zere, ut עֹשֵׂה שָׁמַיִם factor cœlorum: fœminina

fœminina autem mutant camez in pathah, & he in tau: ſed tũc propriè ſunt nomina, abſoluunturq; à tempore.

Participium præteritum, פָּעוּל

גָּלוּי reuelatus, maſculini generis:
גְּלוּיִים reuelati, maſculini generis:
גְּלוּיָה reuelata, fœminini generis:
גְּלוּיוֹת reuelatæ, fœminini generis.

Iſte modus in hoc ordine non differt à perfectorum ordine, niſi quod mutat he in iod quieſcens: hoc eſt, uocale in ſingulari maſculini, & mobile in reliquis formis.

Infinitiuus, מִקּוֹר

גָּלֹה הֵיוֹת reuelare, eſſe:
לְגָלוֹת ad reuelandum:
בְּגָלוֹת in reuelando.

Infinitiuus huius ordinis mutat aliquãdo he in uau holem, ſed cum literis bachlam ſuperadditur litera ת ut ab הֱיוֹת fit תֱּיוֹת eſſe, & cum literis bachlam

לִהְיוֹת

לִהְיוֹת ad eſſendum.

Imperatiuus, צַוּוּי

גְּלֵה עֲשֵׂה reuela,maſculini generis:

גְּלוּ reuelate, maſculini gener.

גְּלִי עֲשִׂי reuela,fœminini generis:

גְּלֶינָה reuelate, fœminini gene.

Deſinit iſte imperatiuus in zere,futurum autem ab eo formatum deſinit in ſægol,& perditur he ubi accedit uau ſurec pluralem conſtituens numerum.

Futurum, עָתִיד

אֶגְלֶה אֶעֱשֶׂה reuelabo,cõmunis ge.

תִּגְלֶה תַּעֲשֶׂה reuelabis,maſculini g.

יִגְלֶה יַעֲשֶׂה reuelabit,maſculini g.

נִגְלֶה נַעֲשֶׂה reuelabimus,cõmunis

תִּגְלוּ תַּעֲשׂוּ reuelabitis, maſculini:

יִגְלוּ יַעֲשׂוּ reuelabunt, maſculini:

תִּגְלִי תַּעֲשִׂי reuelabis,fœminini g.

תִּגְלֶה תַּעֲשֶׂה reuelabit,fœminini g.

תִּגְלֶינָה reuelabitis,reuelabunt fœminini generis.

Futurum

Futurũ huius ordinis hoc proprium habet,ut quum à fronte acceſſerit uau conuerſiuum,abiicitur he tertia radicalis:ut וַיַּרְא pro וַיִּרְאֶה & uidit, וַיַּעַשׂ pro וַיַּעֲשֶׂה & fecit, וַיִּבֶן pro וַיִּבְנֶה & reſpexit, וַנִּבֶן pro וַנִּבְנֶה & ædificauimus. Ab הָיָה uero dicitur וַיְהִי pro וַיִּהְיֶה & fuit: & cætera.

EXEMPLAR PRIMAE

coniugationis uerborum duplicatorum,ſiue ſexti ordinis.

Præteritum, עָבַר

תַּם גַּל perfecit,maſculini gene.

תַּמּוֹתָ גַּלּוֹתָ perfeciſti,maſculini gen.

תַּמּוֹתִי perfeci, communis gen.

תַּמּוּ סַבּוּ perfecerunt, communis:

תַּמּוֹתֶם perfeciſtis,maſculini ge.

תַּמּוֹנוּ גַּזּוֹנוּ perfecimus, communis:

תַּמָּה perfecit,fœminini gene.

תַּמּוֹתְ perfeciſti, fœminini ge.

תַּמּוֹתֶן

תַּמּוֹתֶן perfeciſtis,fœminini generis.
Verba huius ordinis ſemper dageſſant alteram radicalem, quando poſt illam alia ſequitur litera:alioquin ſi illa fuerit ultima litera,non poteſt dageſſari,quum nunquam ultima dictionis litera dageſſetur,paucis exceptis. Habet autem preteritum pathah ad differentiam uerborum quarti ordinis quę habent camez.

Participium præſens, בֵּינוֹנִי

תַּם רַב perficiens,maſculini ge.
תַּמִּים רַבִּים perficientes, maſculini:
תַּמָּה רַבָּה perficiens,fœminini ge.
תַּמּוֹת רַבּוֹת perficientes, fœminini.

Participium præteritum, פָּעוּל

תּוּם perfectus,maſculini generis:
תּוּמִים perfecti,maſculini generis:
תּוּמָה perfecta, fœminini generis:
תּוּמוֹת perfectæ,fœminini generis.

Rarum eſt hoc participium, ſed loco eius

eius plerunque uenit paul integrum.

Infinitiuus, מָקוֹר

תּוֹם בּוֹז perficere:
לְתוֹם לָתוֹם ad perficiendum.

Non differt iſte infinitiuus ab infinitiuo uerborum quarti ordinis,niſi quod quartus ordo plerunque facit infinitiuum deſinere in kybuz:& cætera.

Imperatiuus, צִוּוּי

סוֹב תּוֹם circui,gyra,maſculini gen.
סֹבּוּ תֹּמּוּ gyrate, maſculini generis:
סֹבִּי gyra,fœminini generis:
סֹבֶּינָה gyrate, fœminini generis.

Differt hic imperatiuus ab imperatiuo uerborũ quarti ordinis per holem & dages, abiectam repræſentans literam,non obſtante uoce magna.

Futurum, עָתִיד

אֶתּוֹם & אֲתוֹם perficiam,commu.
תָּסוֹב תָּסוֹב gyrabis, maſculinis
יָתוֹם perficiet,maſculini:

נתום

תָּתוֹם perficiemus,communis ge.
תָּסֹבּוּ gyrabitis,masculini gener.
יָסֹבּוּ gyrabunt,masculini gener.
תָּתֹמִי perficies,fœminini generis
תָּתוֹם perficiet, fœminini generis
תְּתֹמֹינָה perficietis,perficient,fœmi.

Habes in hoc futuro duplicē formā: una dageſſat alteram radicalem,quando poſt illā ſequitur litera pluralis uel fœminini: Altera dageſſat primam radicalem, ut patet in exemplo אֶתּוֹם ubi dages in tau contra morem ſuum deſignat defectum literæ ſequentis,& non præcedentis. Idem ſolet uſu uenire in hiphil, ut וַיַּסֵּב חִזְקִיָּהוּ פָּנָיו אֶל קִיר & uertit Hizkijahu faciem ſuam ad parietem: ubi punctus dages in litera ſamech, repræſentat defectum ſequentis literæ beth:quod mihi aliquādo magnum fecit negociū,quum non uidere poſſem quid dages forte eo loci ſignifica

ſignificaret, ſed lectio Eliæ mihi hoc ademit dubium.

EXEMPLAR PRIMAE coniugationis uerborum ſeptimi ordinis.

Sunt in hoc ordine triplicia uerba:quędam nanq; quieſcunt in utraq; extremitate:unum deficit in utraq; extremitate,nempe נָתַן & quædam deficiunt in prima & quieſcunt in tertia.Exēpla,

נָטָה נָשָׂא Diuertit, maſculini g.
יָפָה נָרָא pulcruit,maſculini ge.
נָתַן dedit, maſculini gene.
נָטִיתָ נָשָׂאתָ Diuertiſti, maſculini:
יָפִיתָ נָרָאתָ pulchruiſti,maſculini:
נָתַתָּ dediſti,maſculini gen.
נָטִיתִי נָשָׂאתִי Diuerti,communis g.
יָפִיתִי נָרָאתִי pulchrui, communis:
נָתַתִּי dedi, communis gen.
נָטוּ נָשְׂאוּ Diuerterunt,commu.
יָפוּ נָרְאוּ pulchruerunt, comm.

נָתְנוּ	dederunt,commun.
נְטִיתֶם נְשֵׂאתֶם	Diuertistis,masculi.
יְפִיתֶם יְרֵאתֶם	pulchruistis, mascu.
נְתַתֶּם	dedistis , masculini:
נָשָׂאנוּ נָטִינוּ	Tulimus,commun.
נָפִינוּ יָרֵאנוּ	pulchruimus , com.
נָתַנּוּ נָתַנוּ	dedimus,commun.
יָרְאָה יָפְתָה	Timuit,fœminini:
נָטְתָה נָשְׂאָה	diuertit,fœminini:
נָתְנָה	dedit, fœminini ge.
יָרֵאתְ יָפִיתְ	Timuisti,fœminini:
נָשָׂאתְ נָטִיתְ	tulisti,fœminini ge.
נָתַתְּ	dedisti,fœminini g.
יְפִיתֶן יְרֵאתֶן	Pulchruistis, fœmi.
נְתַתֶּן	dedistis , fœminini:
נְטִיתֶן נְשֵׂאתֶן	diuertistis , fœmini.

Hic uides hæc quatuor uerba יָפָה יָרֵא נָשָׂא נָטָה in præterito non differre à uerbis quinti ordinis. At נָתַן abijcit ultimum nun in secunda persona utriusque numeri & generis, atque in prima

prima persona singularis numeri.

Participium præsens, בֵּינוֹנִי

נוֹטֶה נוֹשֵׂא	diuertens, mas.
יוֹפֶה יָרֵא	pulchrescēs,m.
נוֹתֵן	dans,masculini
נוֹטִים נוֹשְׂאִים	diuertentes, m.
יוֹפִים יְרֵאִים	pulcrescētes,m.
נוֹתְנִים	dantes, masculi.
נוֹטָה נוֹשְׂאָה נוֹשֵׂאת	diuertens, fœ.
יוֹפֶה יְרֵאָה	pulchrescēs,fœ
נוֹתְנָה & נוֹתֶנֶת	dans,fœminini
נוֹטוֹת נוֹשְׂאוֹת	diuertētes , fœ.
יוֹפוֹת יְרֵאוֹת	pulchrescētes,f

Nec hoc participium differt à forma uerborum quinti ordinis.

Participium præteritum, פָּעוּל

נָטוּי נָשׂוּא	extensus, masculini:
יָפוּי נָתוּן	pulchrefactus, mas.
נְטוּיִים נְשׂוּאִים	extensi,leuati:
יְפוּיִים נְתוּנִים	pulchrefacti,dati:
נְטוּיָה נְשׂוּאָה	extensa,leuata:

יְפוּיָה נְתוּנָה pulchrefacta,data:
יְפוּיוֹת נְטוּיוֹת pulchrefactæ: & cæt.

Est & hæc forma similis formæ uerborum quinti ordinis.

Infinitiuus, מָקוֹר

נְטוֹת נָשֹׂא diuertere,leuare:
יָפֹה יָרוֹא pulchrescere,timere:
לִנְטוֹת לָשֵׂאת ad diuertendum:
תֵּת לָתֵת dare,ad dandum:
לִיפוֹת לִירוֹא ad pulchrescendum:
בְּתֵת בְּשֵׂאת in dando, in ferendo:
מִתֵּת מִירוֹא à dando,à timendo.

Hic uides quomodo absolutus infinitiuus desinit in holem, cum literis autē bachlā desinit in oth, sed sine defectu literæ nun & quiete iod primæ radicalis literæ: præter uerbum, נשא quod cum literis bachlam, abijcit nun literam, & uerbum נתן quod utrunque nun abijcit, & assumit in fine literam tau.

Impera

Imperatiuus, צִוּוּי

נְטֵה שָׂא diuerte,tolle, masculini
יְרָא יָפֶה time,pulcher sis:
תֵּן da,masculini generis:
נְטוּ שְׂאוּ תְּנוּ diuertite,tollite,date:
יְפוּ יִרְאוּ pulchri sitis,timete:
יְפִי תְּנִי יִרְאִי pulchra sis, da,time: fœ.
נְטֶינָה תְּנֶינָה diuertite, date: fœmin.
שְׂאֶנָה יְפֶינָה tollite,pulchræ sitis.

Futurum, עָתִיד

אֶטֶה אֶשָּׂא diuertam,tollam:
אִירָא אִיפֶה timebo, pulchrescam:
אֶתֵּן יִתֵּן תִּתֵּן dabo,dabit,dabis:
תַּטֶּה תִּשָּׂא declinabis,tolles:
תִּירָא תִּיפֶה timebis,pulcher eris:
יִיפֶה יִירָא pulchrescet,timebit:
יִטֶּה יִשָּׂא declinabit,leuabit:
נִיפֶה נִירָא pulchrescemus tiebius
נִטֶּה נִתֵּן diuertemus, dabimus:
תִּיפוּ תִּירְאוּ pulchrescetis,timebitis
תִּתְּנוּ יִתְּנוּ dabitis,dabunt:

תִּטּוּ תִּשְׂאוּ	diuertetis, tolletis:
יִיפוּ יִירְאוּ	pulchri erũt, tiebunt
יִטּוּ יִשְׂאוּ	decliabũt, portabũt
תִּתְּנִי	dabis tu mulier:
תִּטִּי תִּשְׂאִי	diuertes leuabis, fœ.
תִּיפִי תִּירְאִי	pulcresces tu mulier
תִּתֶּנָּה תִּתֶּנְנָה	dabitis, dabunt, fœ.
תִּיפֶינָה תִּירֶאנָה	pulchrę eritis et erũt
תִּטֶּינָה	diuertetis, diuertent fœminini generis.

Hic licet uidere, ubiq; manere iod primam radicalem, sed ab incipientibus à nun abijcitur nun & recipit sequens litera punctũ dages: tertia he uel aleph quiescit more uerborũ quinti ordinis. Porrò cum uau hippuch abijcitur he in singulari, ut וַיֵּט & diuertit, וַיִּית & pulcher fuit: & cætera.

Tantum de actiuis primæ coniugationis.

De passiuo

DE PASSIVO PRIMÆ coniugationis.

PASSIVVM huius primæ coniugationis uocatur נִפְעַל habetq; semper in præterito & participio præsenti augmentum nun à fronte: ut נִשְׁמַר custoditus est, נִשְׁמַרְתָּ custoditus es: & cætera. In participio נִשְׁמָר custoditus, נִשְׁמָרִים custoditi: & cætera. In imperatiuo uero, infinitiuo & futuro absconditur nun per dages in pepoal: quod ut forte fiat, præmittimur illi in imperatiuo & in infinitiuo litera he, ut הִשָּׁמֵר custodire uel sis custoditus: sic in infinitiuo, לְהִשָּׁמֵר ut custodiatur. In futuro non est opus he, quum literæ איתן radici præficiantur, & illæ dages fortificent: ut אֶשָּׁמֵר custodiar, תִּשָּׁמֵר custodiaris: & cætera.

CONIVGATIO נִפְעַל PASSIVA uerborum kal per omnes ordines, & primò in ordine perfectorum.

Præteritum, עָבַר

נִשְׁמַר נֶחְפַּץ	cuſtoditus eſt,
נִשְׁמַרְתָּ	cuſtoditus es,
נִשְׁמַרְתִּי נִכְרַתְתִּי	cuſtoditus ſum,
נִשְׁמְרוּ	cuſtoditi ſunt,
נִשְׁמַרְתֶּם	cuſtoditi eſtis,
נִשְׁמַרְנוּ	cuſtoditi ſumus,
נִשְׁמְרָה נִכְרְתָה	cuſtodita eſt,
נִשְׁמַרְתְּ	cuſtodita es,
נִשְׁמַרְתֶּן	cuſtoditæ eſtis.

Retinet præteritum in omnibus perſonis paſſiuam literam nun pũctuatam cum hirec, niſi quando prima eſſentialis litera eſt gutturalis, tunc punctus hirec mutatur in ſægol. In uerbo נִכְרַתְתִּי exciſus

exciſus ſum, abſorbetur unum tau per dages, propter geminationem ſcilicet unius literæ, quæ plerunq; in Hebraiſmo uitatur.

Participium præſens, בָּיגוֹדִי

נִשְׁמָר נֶחְפָּץ	cuſtoditus,
נִשְׁמָרִים	cuſtoditi,
נִשְׁמֶרֶת	cuſtodita,
נִשְׁמָרוֹת	cuſtoditæ.

Non differt hoc participium à præterito, niſi ubi ain in præterito habet pathah, hic habet camez. Nec inuenitur in hac paſſiua uoce paul.

Infinitiuus, מִקְוֹר

הִשָּׁמֵר	cuſtodiri,
לְהִשָּׁמֵר	ut cuſtodiatur,
בְּהִשָּׁמֵר	dum cuſtoditur,
בְּהֵחָרֵג	quum occideretur.

Abiicit infinitiuus regulariter paſſiuã literã nun, & loco eius dageſſatur prima radicalis: & ut dages illud fortificetur

tur, præmittitur ei litera he cum hirec. Quando autem prima est gutturalis, quæ non est capax puncti dages, mutatur hirec in zere uocem magnam: ut patet in exemplo חֲחָרֵג occidi.

Imperatiuus, צַוּוי

חִשָּׁמֵר חֲחָרֵג	custoditus sis:
חִשָּׁמְרוּ	custodiamini:
חִשָּׁמְרִי	sis custodita:
חִשָּׁמַרְנָה	sitis custoditæ.

Futurum, עָתִיד

אֶשָּׁמֵר אֶחָרֵג	custodiar, communis:
תִּשָּׁמֵר תַּחָרֵג	custodieris, masculini:
יִשָּׁמֵר יַחָרֵג	custodietur, masculini:
נִשָּׁמֵר	custodiemur, commu.
תִּשָּׁמְרוּ	custodiemini, masculi.
יִשָּׁמְרוּ	custodiẽtur, masculini:
תִּשָּׁמְרִי	custodieris, fœminini:
תִּשָּׁמֵר	custodietur, fœminini:
תִּשָּׁמַרְנָה	custodiemini & custodientur, fœminini generis.

Hic

Hic non est opus litera he quæ fortificet dages, quũ hæ quatuor literæ אֵיתָן id exequi possint. Quãdo uero prima litera est gutturalis, mutatur punctus dages & hirec in zere uocem magnã, ut prius.

EXEMPLAR PASSIVAE uocis in secundo ordine.

Præteritum, עָבַר

נִרַּת	impulsus est,
נִרַּפְתָּ	impulsus es,
נִרַּפְתִּי	impulsus sum,
נִרְּפוּ	impulsi sunt,
נִרַּפְתֶּם	impulsi estis,
נִרַּפְנוּ	impulsi sumus,
נִרְּפָה	impulsa est,
נִרַּפְתְּ	impulsa es,
נִרַּפְתֶּן	impulsæ estis.

Hic notandum, quod uerba incipientia à nun, in passiua uoce abijciunt nun primam radicalem, & loco eius dagesfant

sant secundam radicalem, & assumunt nun passiuam literam.

Participium præsens, בִּינוֹנִי

נִדָּח	impulsus,
נִדָּחִים	impulsi,
נִדָּחָה	impulsa,
נִדָּחוֹת	impulsæ.

Infinitiuus, מָקוֹר

הִנָּדַח	impelli,
בְּהִנָּדַח	dum impelleretur,
מֵהִנָּדַח	ne impelleretur.

In infinitiuo abijcitur nun passiua litera, & ob id prima radicalis nun dagesatur, præponiturq; he cum hirec ad roborandum ipsam. Idem fit in imperatiuo & futuro.

Imperatiuus, צִוּוּי

הִנָּדַח	sis impulsus,
הִנָּדְחוּ	sitis impulsi,
הִנָּדְחִי	sis impulsa,
הִנָּדַחְנָה	sitis impulsæ.

Futurum

Futurum, אִיתָן

אִנָּדַח	impellar, cõmunis generis:
תִּנָּדַח	impelleris, masculini gener.
יִנָּדַח	impelletur, masculini gene.
נִנָּדַח	impellemur, communis ge.
תִּנָּדְחוּ	impellemini, masculini gen.
יִנָּדְחוּ	impellentur, masculini gen.
תִּנָּדַח	impelletur, fœminini gene.
תִּנָּדְחִי	impelleris, fœminini gener.
תִּנָּדַחְנָה	impellemini, impellentur, f.

EXEMPLAR PASSIVAE uocis kal in tertio ordine.

Præteritum, עָבַר

גּוֹרַע נוֹשַׁב	cognitus est,
גּוֹרַעְתָּ נֶאֱמַרְתָּ	cognitus es,
גּוֹרַעְתִּי	cognitus sum,
גּוֹרְעוּ נֶאֱמְרוּ	cogniti sunt,
גּוֹרַעְתֶּם	cogniti estis,
גּוֹרַעְנוּ	cogniti sumus,
גּוֹרַעַת נֶאֱמְרָה	cognita est,
גּוֹרַעַתְּ	cognita est,

נוֹרַעְתֶּן cognitæ eſtis.

Hoc peculiare eſt huic ordini, ut in præterito paſſiuo mutet iod in uau holem.

Participium præſens, בֵּינוֹנִי

נוֹרָע נֶאֱמָר	cognitus,
נוֹרָעִים	cogniti,
נוֹרַעַת	cognita,
נוֹרָעוֹת	cognitæ.

Infinitiuus, מָקוֹר

הִוָּרַע הֵאָמֵר	cognoſci,
לְהִוָּסֵד לְהֵאָמֵר	ut fundaretur,
בְּהִוָּסֵד	quum fundaretur.

Mutat infinitiuus, imperatiuus & futurum uau literam, quæ in præterito eſt quieſcens, in uau mobilē, ut literæ paſſiuæ nun per dages ſit locus. Præponitur etiam he cum hirec ad roborandū dages.

Imperatiuus, צִוּוּי

הִוָּרַע	ſis cognitus,
הִוָּרְעִי	ſitis cogniti,

הִוָּרְעִי	ſis cognita,
הִוָּרַעְנָה	ſitis cognitæ.

Futurum, עָתִיד

אִוָּרַע	cognoſcar, communis gen.
תִּוָּסֵד	fundaberis, maſculini gene.
יִוָּסֵד	fundabitur, maſculini gen.
נִוָּרַע	cognoſcemur, communis:
תִּוָּרְעוּ	cognoſcemini, maſculini ge.
יִוָּרְעוּ	cognoſcentur, maſculini ge.
תִּוָּרְעִי	cognoſceris, fœmini gener.
תִּוָּרַעְנָה	cognoſcemini & cognoſcentur, fœminini generis.

EXEMPLAR VERBORVM paſſiuorum quarti ordinis.

Præteritum, עָבָר

בָּמוּג	diſſolutus eſt,
בָּמוּגוֹתָ	diſſolutus es,
בָּמוּגוֹתִי	diſſolutus ſum,
בָּמוּגוּ	diſſoluti ſunt,
בָּמוּגוּנוּ	diſſoluti ſumus,
בָּמוּגוֹתֶם	diſſoluti eſtis,

נָמוּגָה dissoluta est,
נְמוּגוֹת dissoluta es,
נְמוּגוֹתֶן dissolutæ estis.

Participium præsens, בֵּינוֹנִי

נָמוּג dissolutus,
נְמוּגִים dissoluti,
נְמוּלָה circumcisa,
נְמוּלוֹת circumcisæ.

Habet passiuum huius ordinis nun ca mezatū,& camez illud propter extensionē uocabuli mutatur in scheua:idq; tam in præterito, quàm in participio.

Infinitiuus, מָקוֹר

הִמּוֹג dissolui,liquefieri:
לְהִמּוֹג ut dissoluatur,
בְּהִמּוֹג dum dissolueretur,
מֵהִמּוֹג ne dissolueretur.

Imperatiuus, צִוּוּי

הִמּוֹל sis circumcisus,
הִמּוֹלִי sitis circumcisi,
הִמּוֹלְנָה sis circumcisa,

הִמּוֹלְנָה sitis circumcisæ.

Futurum, עָתִיד

אָמוֹל circumcidar,communis g.
תִּמּוֹל circumcideris,masculini g.
יִמּוֹל circumcidetur,
נִמּוֹל circumcidemur,
תִּמּוֹלוּ circumcidemini,
יִמּוֹלוּ circumcidentur,
תִּמּוֹלִי circumcideris,fœminini g.
תִּמּוֹל circumcidetur, fœminini:
תִּמּוֹלְנָה circumcidemini & circumcidentur,fœminini generis.

Cæterum quæ primam radicalem habent gutturalem,mutant duo puncta hirec & dages in zere:ut ab עוֹר excitauit, בָּעוֹר excitatus est, הָעוֹר excitare, אֵעוֹר excitabor, תֵּעוֹר excitaberis: & cætera.

EXEMPLAR VERBORVM passiuorum in quinto ordine.

נִגְלָה בְקָרָא reuelatus est.

נִגְלֵיתָ נִקְרָאתָ	reuelatus es,
נִגְלֵיתִי	reuelatus ſum,
נִגְלוּ נַעֲשׂוּ	reuelati ſunt,
נִקְלֵיתֶם	uilipenſi eſtis,
נִגְלֵינוּ	reuelati ſumus,
נִגְלְתָה נַעֲשְׂתָה	reuelata eſt,
נִגְלֵיתִ	reuelata es,
נִגְלֵיתֶן נַעֲשִׂיתֶן	reuelatæ eſtis.

Quæ in hoc ordine deſinũt in aleph, retinent ubicꝙ aleph,& in ſecũda atcꝙ prima perſona habẽt zere ante aleph: quæ autem in he deſinunt,mutant in iam dictis perſonis he in iod, præcedente zere. Quæ à litera gutturali incipiunt, mutant hirec ſub nun paſſiuo in pathah.

Participium præſens, בִּינוֹנִי

נִגְלָה נִקְרָא	reuelatus,uocatus:
נִגְלִים נִקְרָאִים	reuelati:
נִגְלָה נִקְרָאת	reuelata,uocata:
נִגְלוֹת נִקְרָאוֹת	reuelatæ.

Infi

Infinitiuus, מָקוֹר

הִגָּלוֹת הֵעָשׂוֹת	reuelari,
בְּהִגָּלוֹת	dum reuelatur,
לְהִקָּרֵא	ut uocaretur,
מֵהֵעָשׂוֹת	ne fieret.

Deſinit hic infinitiuus ut in actiua uoce in oth,abſorbeturcꝙ nun paſſiua litera in dages:& cætera.

Imperatiuus, צִוּוּי

הִגָּלֵה הִקָּרֵא	reuelatus eſto,
הֵעָשֵׂה	factus eſto,
הִגָּלוּ הִקָּרְאוּ	reuelamini,
הִגָּלִי הִקָּרְאִי	reuelata eſto,
הִגָּלִינָה	reuelamini.

Futurum, עָתִיד

אֶגָּלֶה אֶקָּרֵא	reuelabor,
אֵעָשֶׂה יֵעָשֶׂה	fiam uel efficiar, (tis
יִגָּלֶה תִּגָּלֶה	reuelabitur, reuelabe-
נִגָּלֶה נִקָּרֵא	reuelabimur, (bũtur,
תִּגָּלוּ יִגָּלוּ	reuelabmini, reuela-
תִּגָּלִי תִּגָּלֶה	reuelaberis,reuelabitur

תִּגָּלֵינָה reuelabimini, reuelabuntur.

Hic nihil duximus monendum, nisi quod prius monuimus, nempe passiuam literam absorberi per punctum dages, & quando dages propter gutturalem literam non habet locum, mutatur in zere uocem magnam: ut אֵרָאֶה uidebor, יֵרָאֶה uidebitur, וַיֵּרָאֶה & uisus est, seu apparuit.

EXEMPLAR PASSIuorum uerborum in sexto ordine.

נָמַק נָתַם	liquefactus est, tabuit.
נְתַמּוֹתָ	consummatus es,
נְתַמּוֹתִי	consummatus sum,
נָתַמּוּ נָגֹלּוּ	consummati sunt,
נְמַקּוֹתֶם	tabuistis,
נְתַמּוֹנוּ	consummati sumus,
נְתַמָּה	consummata est,
נְתַמּוֹת	consummata es,
נְתַמּוֹתֶן	consummatæ estis.

Habet

Habet nun passiua litera punctum camez, nisi quando uerbum in prima & secunda persona extenditur una syllaba, tunc mutatur in scheua. Per dages distinguuntur uerba huius ordinis à uerbis quarti ordinis: & signatur per dages illud una duplicium literarum.

Participium præsens, בֵּינוֹנִי

נָתָם נָקֵל נָבָר	consummatus,
נְתַמִּים	consummati,
נְתַמָּה נְבָרָה	consummata,
נְתַמּוֹת	consummatæ.

Infinitiuus, מָקוֹר

הִמַּק	liquefieri, tabescere:
לְהִמַּק	ut liquefieret.

Imperatiuus, צִוּוּי

הִתַּם	esto consummatus,
הִתַּמּוּ	sitis consummati,
הִתַּמִּי	sis consummata,
הִתַּמֵּינָה	sitis consummatæ.

Hic primũ dages index est nun pas-

 siuæ

siuæ literæ,alterum literæ duplicatæ.

Futurum, עָתִיר

אֶתַּם תֻּתַּם יִתַּם consummabor,

נִתַּם תֻּתַּמוּ יִתַּמוּ consummabimur.

Et quando prima non est capax puncti dages, mutatur punctus literarum אִיתָּן in zere uocem magnam:ut אֵתַּת conterar, יֵרַךְ in teneritudinem redigetur. Inueniuntur etiam quædã quæ desinunt in holem,ut יְשׁוֹם deuastabitur, יְשֹׁמּוּ deuastabuntur.

EXEMPLAR VERBORVM

passiuorum septimi ordinis.

In his quæ incipiunt à iod & desinunt in he, nullũ inuenitur passiuum, præter unũ יֻרֶּה iecit,quod in futuro passiuo ĩuenitur habere יִוָּרֶה proijcietur,sagittabitur:Exodi decimonono.

Poterit autem hoc pacto per omnes modos coniugari.

In præterito, גּוֹרֶה proiectus est.

In infi/

In infinitiuo, הִוָּרוֹת

In imperatiuo, הִוָּרֶה

In futuro, אִוָּרֶה & cætera.

Inuenitur quoq; יָרֵא timuit, habere passiuam uocem:ut in præterito נוֹרָא formidatus est, נוֹרֵאתָ formidatus es.

In participio, נוֹרָא terribilis.

In infinitiuo & imperatiuo, הִוָּרֵא

In futuro, אִוָּרֵא uel הִוָּרֵא timebor: & cætera.

Porro quæ incipiũt à nun & desinunt in he,raro quoq; inueniuntur in uoce passiua,& inter multa hoc unum inueni, נִטָּה inclinatus est, נָטוּי inclinatus, יִנָּטוּ inclinabũtur:Ieremiæ sexto.

Reliqui modi fiunt cõformiter uerbis secundi & quinti ordinis.

Hactenus explicuimus coniugationem primam siue kal per omnes ordines,iam idem agemus in secunda coniugatione,quæ est piel.

SECVNDA CONIVGATIO

CConiugatio ſecunda uocatur בַּבֵּר ideſt grauis,quia media radicalis ſemper grauatur puncto dages,unde & à quibuſdam uocatur בִּנְיָן דָּגוּשׁ coniugatio dageſſata :uocatur etiam à forma ipſa פִּעֵל piel:nam uerba eius conſtant his punctis: ut דִּבֵּר loquutus eſt, חִקֵּר inueſtigauit: & cætera. Et ponitur hæc cõiugatio propter uerba neutra primæ coniugationis,quæ fiunt hic tranſitiua:aut ſi ſint in prima coniugatione tranſitiua, ſunt etiam in iſta tranſitiua,ſed habent hic efficaciorem ſignificationem:ut פָּתַח aperuit, in prima coniugatione:& פִּתַּח impetu aperuit,uel aperiendo effregit,in ſecunda coniugatione. Sic שָׁלַח miſit, cuius ſcilicet reditus expectatur in kal, in piel uero שִׁלַּח emiſit,ablegauit.

Item

Item exempla quę hic fiunt ex neutris tranſitiua, שָׁבַן quieuit,manſit,in prima coniugatione. In piel uero שִׁבֵּן poſuit,collocauit. Sic מָלֵא plenius fuit, & מִלֵּא impleuit: טָמֵא immundus fuit, טִמֵּא inquinauit:& cætera.

Habet tamen hæc coniugatio ſicut & cæteræ,uerba quædã propria quæ non inueniuntur in kal,& ſunt hic neutra:ut דִּבֵּר loquutus eſt:habet etiam quædã tranſitiua,quę in prima quoq; coniugatione non inueniuntur,ut חִקֵּר inueſtigauit, תִּקֵּן ordinauit:& cætera.

Libuit & id hic annotare,quod omnium ordinum uerba in hac coniugatione ſine ullo defectu & quiete coniugantur:idq; propter mediam literam dageſſatã,quum defectus nun primæ radicalis literæ aut defectus tertiæ radicalis(quando ſecũdæ ſimilis eſt)ſignari non poſſit per dages,quod prius ratione

tione coniugationis occupat mediam radicalem. Sic nec iod in tertio ordine aut aleph hic quieſcere poſſunt in uoce magna, quandoquidem uox magna ante dages locum non habeat. Idem ſentiendum quando media eſt guttu/ralis aut res litera: tunc enim plerunq; dages & hirec mutantur in uocem magnam: ut בֵּרַךְ benedixit, אֲבָרֵךְ benedicam, בֵּאֵר declarauit, אֲבָאֵר declarabo: & cætera. In quarto uerò ordine loco dages duplicatur tertia radicalis: ut à קָם ſurrexit, fit קוֹמֵם erexit: de quibus multa habes in Grammatica. Huc etiam pertinent omnia uerba octaui ordinis, quæ quatuor conſtant radicalibus literis: ut

פִּרְסֵם & cætera.

Nunc inſpice exempla.

Coniuga/

CONIVGATIO PIEL

in primo uerborum ordine.

Præteritum, עִבֵּר

דִּבֶּר רִבָּת	loquutus eſt,
דִּבַּרְתָּ	loquutus es,
דִּבַּרְתִּי סִפַּרְתִּי	loquutus ſum,
דִּבְּרוּ	loquuti ſunt,
דִּבַּרְתֶּם	loquuti eſtis,
דִּבַּרְנוּ	loquuti ſumus,
דִּבְּרָה	loquuta eſt,
דִּבַּרְתְּ	loquuta es,
דִּבַּרְתֶּן	loquutæ eſtis.

Habet hæc coniugatio duplicem formam: una habet hirec, zere: & altera, hirec, pathah: ut oſtendunt exempla à principio præteriti poſita. Quando litera media radicalis eſt res, mutantur dages & hirec in zere: ut בֵּרַךְ benedixit, בֵּרַכְתָּ benedixiſti, בֵּרְכוּ benedixerunt

runt. Idem obſeruatur nonnunquam in his quæ mediam literā habent gutturalem: ut מַאַן renuit, מַאַנְתָּ renuiſti, מַאֲנוּ renuerunt. Dixi nonnunquam. quia in multis id non obſeruatur: quemadmodum in בִּעֵר elimina uit, בִּעַרְתָּ exterminaſti. Sic טִהֵר mundauit, טִהַרְתָּ mundaſti. רִחֵם miſertus eſt, רִחַמְתָּ miſertus es.

Participium præſens, בינוני

מְדַבֵּר מְבָרֵךְ	loquens, maſculi.
מְדַבְּרִים מְבָרְכִים	loquentes, maſcu.
מְדַבֶּרֶת מְבָרֶכֶת	loquens, fœmini.
מְדַבְּרוֹת מְסַפְּרוֹת	loquentes, fœmi.

Participium hoc præſens haud differt à præterito, niſi quod habet mem literam à fronte ſuperadditam, & mutat punctum hirec in pathah, & quæ in præterito habent zere, ſubſtituunt in hoc participio pūctum uocale camez: ut מְבָאֵר explanans.

Parti

Participium præteritum, פָּעוּל

מְסֻפָּר מְבוֹאָר	numeratus,
מְסֻפָּרִים מְאֻרָּמִים	numerati,
מְסֻפֶּרֶת מְסֻפָּרָת	numerata,
מְסֻפָּרוֹת	numeratæ.

In hoc participio ante mediam dageſſatam ponitur kybuz: quando autem media non eſt capax dages, mutatur dages unà cū kybuz in holem uocem magnam: ut ab אֵרַשׂ deſponſauit, מְאוֹרָשׂ deſpōſatus, מְאוֹרָשָׂה deſponſata, מְבוֹרָךְ benedictus, & cum uauſurec מְבוֹאָר declaratus. Inuenitur etiam (licet raro) hatephcamez poni loco kybuz, ut exemplum hic ſignatum monſtrat.

Infinitiuus, מָקוֹר

דַּבֵּר סַפֵּר	loqui, numerare:
בָּרֵךְ בָּאֵר	benedicere, explanare:
לְסַפֵּר	ad numerandum:
בְּדַבֵּר	in loquēdo, dū loqueretur

מספר

מִסַּפֵּר à numerando.

Quæ desinunt in gutturalem, mutant interdum zere in pathah: ut à שִׁלַּח dimisit, שַׁלַּח dimittere, בִּלַּע deuorare: & cætera.

Imperatiuus, צִוּוּי

סַפֵּר דַּבֵּר numera, loquere, masculi.
סַפְּרוּ דַּבְּרוּ numerate, masculini ge.
סַפְּרִי numera, fœminini gene.
סַפֵּרְנָה numerate, fœminini ge.

Et quæ mediam non dagessant, בָּרַךְ benedic, בָּאֵרוּ explanate, אֵרְשִׂי desponsa tu mulier. Non itaq; differt imperatiuus in forma ab infinitiuo.

Futurum, עָתִיד

אֲדַבֵּר אֲסַפֵּר loquar, numerabo,
תְּדַבֵּר יְדַבֵּר loqueris, loquetur,
אֲבָרֵךְ תְּבָרֵךְ benedicam, benedices,
נְדַבֵּר נְבָאֵר loquemur explanabius
תְּדַבְּרוּ יְדַבְּרוּ loquemini, loquentur,
תְּסַפְּרִי numerabis, fœminini:

תספר

תְּסַפֵּר numerabit, fœminini gen.
תְּסַפֵּרְנָה numerabitis, numerabũt, f.

Hic duo sunt obseruanda: primum, quod in hac coniugatione, mem utriusque participij & literæ futuri temporis habent scheua: alterum, quod participium præsens, infinitiuus, imperatiuus, & futurũ habent unam formam, nisi quod participium huic communi formæ superaddit mem, infinitiuus literas בבלם & futurum literas איתן omnes cum scheua punctuatas.

EXEMPLAR VERBORVM

secundi ordinis in coniugatione piel.

נִגַּח נִגֵּן cornupetijt, sonuit,
נִגַּחְתָּ cornupetijsti.

Coniugantur uerba huius ordinis in piel omnino ut uerba perfecta, sine ullo defectu primæ literæ nun, & ratio huius est, quod media ex ipsa coniugatione

gatione habet dages, & ob id nun nõ poteſt abijci, quia defectus ille nõ poſſet ſignari per dages, quum ſequens litera prius ex ipſa cõiugatione habeat dages, nec unum dages poſſit duo ſignare officia, neq; duo dages poſſint poni in una litera. Quę mediã habent gutturalem, plerunq; ſeruãt formam communem: ut נִאֵץ execratus eſt, נִאֵר maledixit: à quo inuenitur quoq; נֵאַרְתָּ maledixiſti: Pſalmo octogeſimonono. Sic dicitur נִהַל & נֵהַל duxit: & cætera.

Participium præſens, בֵּינוֹנִי מְנַגֵּן melodiam faciens.

Participium præteritum, פָּעוּל מְנֻגַּח cornupetitus.

Infinitiuus, מָקוֹר נַגֵּן melodiam facere.

Imperatiuus, צִוּוּי נַגֵּן fac melodiam.

Futurum

Futurum, עָתִיר אֲנַגֵּן תְּנַגֵּן faciam melodiam.

Omnes perſonæ omniũ modorũ formari debent ut in perfectorũ ordine.

EXEMPLAR VERBORVM tertij ordinis in coniugatione piel.

Coniugantur & huius ordinis uerba more perfectorum: nec poteſt prima radicalis iod uel aleph quieſcere in uoce magna, propter mediam dageſſatam: ut יִסַּר caſtigauit, יִסַּר fundauit, מְיַסֵּר caſtigans, יַסֵּר caſtigare, יַסֵּר caſtiga, אֲיַסֵּר caſtigabo.

EXEMPLAR VERBORVM quarti ordinis in coniugatione piel.

Quartus ordo qui habet mediam radicalem uau literam quieſcentẽ, non poteſt formare piel per dages, ob id quod dages & quies ſimul ſtare ne-

 queant

queant: sed quia dages forte est loco literæ, & hic dages poni non potest, duplicamus loco eius tertiam radicalem, & habemus quoq; piel in hoc ordine: ut si à קוּם surrexit, uolo facere piel, non possum dicere קוּם quia iam ex uau quiescente factum est uau mobile, quod quidē dages recipere potest: sed manēte uau in sua quiete, fieri non potest ut per dages fortificetur: duplico igitur loco dages literam mem, & dico קוֹמֵם erexit. Vides hic primū manere quietem, deinde loco dages scribi mem, & tertiò uerbum ipsum more piel desinere in zere, quartò ex kal neutro fieri piel trāsitiuum. Quin & mem litera participij atq; אֵיתָו literæ futuri, hic punctuantur cum scheua, sicut in præcedentibus ordinibus: de quo uide disputationem Eliæ in Grammatica sua.

Præte

Præteritum, עָבַר

קוֹמֵם שׁוּבַּ	erexit, conuertit, masc.
קוֹמַמְתָּ	erexisti, masculini ge.
קוֹמַמְתִּי	erexi, communis gen.
קוֹמְמוּ עוֹרְרוּ	erexerunt, communis:
קוֹמַמְתֶּם	erexistis, masculini ge.
קוֹמַמְנוּ	eréximus, communis:
קוֹמְמָה	erexit, fœminini gene.
קוֹמַמְתְּ	erexisti, fœminini ge.
קוֹמַמְתֶּן	erexistis, fœminini ge.

Participium præsens, בֵּינוֹנִי

מְקוֹמֵם	erigens, masculini gener.
מְקוֹמְמִים	erigentes, masculini gen.
מְקוֹמֶמֶה	erigens, fœminini gener.
מְקוֹמְמוֹת	erigentes, fœminini gen.

Participium præteritum, פָּעוּל

מְכוּנָן מְחוֹלָל	paratus,
מְכוּנָנִים	parati,
מְכוּנָנָה	parata,
מְכוּנָנוֹת	paratæ.

Differt hoc participium à participio

præsenti per camez,& raro inuenitur.

Infinitiuus, מָקוֹר

קוֹמֵם בּוֹנֵן erigere,parare:
לְקוֹמֵם בְּקוֹמֵם ad erigendum.

Imperatiuus, צִוּוּי

קוֹמֵם בּוֹנֵן erige,para:
מוֹתְתוּ קוֹמְמוּ interficite:
מוֹתְתִי בּוֹנְנִי interfice:
קוֹמַמְנָה erigite.

Futurum, עָתִיד

אֲקוֹמֵם אֲמוֹתֵת erigam, occidam:
תְּקוֹמֵם יְקוֹמֵם eriges,eriget:
נְקוֹמֵם תְּקוֹמְמוּ erigemus,erigetis
יְקוֹמְמוּ תְּקוֹמֵמִי erigent,eriges:
תְּקוֹמַמְנָה erigetis,erigent.

EXEMPLAR VERBO

rum quinti ordinis in coniugatione piel.

Non differunt uerba huius ordinis in cõiugatione piel à uerbis perfectis, nisi quod ratione literæ he recipiunt mutatio

mutationes illas quas habent in coniugatione kal:hoc est,mutant in præteri to he literam in iod,in infinitiuo desinunt in oth,& in futuro in he,præcedente sægol.

Præteritum, עָבַר

חִבָּה גִּלָּה expectauit,reuelauit:
חִבִּיתָ גִּלִּיתִי expectasti:& cætera.

Et quæ mediam dagessare nequeunt, mutant hirec in zere:ut עֵרָה עֵרִיתָ nudauit,nudasti:sic זֵרָה זֵרִיתִי uentilauit, uentilaui.

Participium præsens, בִּינוֹנִי

מְחַבֶּה מְעָרֶה expectans, masculi.
מְחַבִּים מְעָרִים expectantes,comm.
מְחַבָּה מְחַבּוֹת expectans, fœmini.

Participium præteritum, פָּעוּל

מְחֻבֶּה מְגֻלֶּה expectatus,
מְחֻבָּה מְחֻבּוֹת expectata: & cætera.

Infinitiuus, מָקוֹר

חַבּוֹת גַּלּוֹת expectare,reuelare.

Imperatiuus, צַוּוִי

חַפֵּה גַּלֵּה expecta,reuela:

חַכּוּ חַכִּי expectate,expecta:

חַכֶּינָה expectate,fœminini gene.

Futurum, עָתִיד

אֲחַכֶּה תְּחַכֶּה expectabo,

יְחַכֶּה יְחַכּוּ expectabit, expectabũt

EXEMPLAR CONIV/
gationis piel,in ſex/
to ordine.

Sextus ordo nonnunquam uſurpat in piel uerbum primitiuũ,ut חִתָּה quod coniugatur haud ſecus quàm רִבֵּר aut aliud uerbũ perfectũ. Sequitur etiam non raro formam piel quarti ordinis, ut eſt uerbum סוֹבֵב circũduxit, חוֹסֵק legẽ tulit:& ſic de ſimilibus,quæ haud ſecus quàm uerba de quarto ordine in piel coniugantur:ut חוֹסֵק חוֹסַקְתָּ & in participio מְחוֹסֵק legem ſtatuens: & cætera. In ſeptimo ordine nulla aut pauca

pauca inueniũtur uerba,quæ ſub coniugatione piel inflectuntur.

EXEMPLAR CONIVGA/
tionis piel in octauo ordine.

Quum iſte ordo complectatur uerba quæ quatuor radicalibus conſtant literis,ea autem ſolum in coniugatione piel inueniantur,ut ſuprà memorauimus:conſtat illis potiſſimũ appropriatam iſtam coniugationem.Et licet non habeant dages,habẽt tamen formam dageſſatorum, & ſuppletur dages per literam tribus radicalibus ſuperadditam,& ueniunt plerũq; ex duplicatis: ut à גלל fit גִּלְגֵּל rotauit, uolutauit: & à סלל dicitur סִלְסֵל rubiginem amouit. Sũt etiam aliqua quæ quatuor diſtinctis conſtant literis:ut פִּרְבֵּל inuoluit, פִּרְסֵם demolitus eſt. Et hæc omnia ſic coniugantur,

In præterito, פִּרְבֵּל פִּרְבַּלְתָּ

In participio præsentis temporis,
מְבַרְסְמִים מְבַרְסֵם
In participio præterito, מְקֻלְקָל
In infinitiuo & imperatiuo, גַּמְגֵּם
In futuro, אֲבַזְבֵּז תְּבַזְבֵּז
& cætera, ut in uerbis perfectis.
Sunt tamē hæc duo posteriora exempla magistralia, quorum prius significat sibilare, & posterius dispensare.

FORMATIO PVAL SEV passiuæ uocis piel, per omnes ordines.

Non differt forma huius passiui à forma actiuę uocis, nisi quod mutat hirec in kybuz, & ubi media non est capax punctuli dages, mutatur kybuz in holem uel in uau surec. Et inuenitur hæc coniugatio tantum duos habere modos, præteritum scilicet & futurum, imperatiuum nunquam, infinitiuū & participiū præsens raro habet. Dico non habere

habere imperatiuū, eo שֶׁלֹּא נִזְבַּר שֵׁם פּוֹעֲלוֹ quod non fiat mentio nominis sui agentis: id est, actio ab alio infertur passo, & nō potest præcipi alicui, ut ab alio uel ametur uel beneficijs foueatur uel in numerum ciuium inscribatur: & cætera. Coniugantur itaq; uerba huius passiuæ uocis in hunc modum,

סֻפַּר אֻכַּל numeratus est,
סֻפַּרְתָּ סֻפַּרְתִּי numeratus es, sum,
סֻפְּרוּ סֻפַּרְתֶּם numerati sunt, estis,
סֻפְּרָה סֻפַּרְתְּ numerata est, es.

Et quando media non est capax puncti dages, בֹּרַךְ benedictus est, בֹּרַכְתָּ בֹּרַכְתִּי Et à בֵּאֵר fit בּוּאַר declaratus est. In futuro superadduntur præterito literæ איתן cū scheua, ut אֲסֻפַּר numerabor, תְּבֹרַךְ benediceris, & יְסֻפַּר numerabitur. Idem sentiēdum de uerbis pual in secundo & tertio ordine. In quarto ordine raro inueniuntur uerba huius

huius coniugationis,quale est הוֹלַלְתִּי formatus sum. Quintus ordo non differt à primo,nisi quod ratione he tertiæ radicalis,aliam habet terminationem in futuro,& in secūda atq; prima persona præteriti mutat more consueto he in iod. Exemplis non est opus.

CONIVGATIO TERTIA

TErtia coniugatio uocatur à forma ipsa הִפְעִיל hiphil, & obtinet à fronte augmentum he,& iod ante lamedpoal:ut in primo ordine הִשְׁמִיר fecit custodire. In secundo uerò ordine deficit nun prima radicalis,& loco eius dagessatur altera radicalis:ut à נָגַשׁ appropinquauit, הִגִּישׁ obtulit, applicauit:sic à נָפַל cecidit, הִפִּיל dejecit. In tertio ordine mutatur iod in uau holem, ut à יָשַׁב sedit, הוֹשִׁיב collo

collocauit,à יָרַע cognouit, הוֹדִיעַ notificauit. Sunt tamen aliqua quæ retinent literam iod,ut à יָטַב bonus fuit, הֵיטִיב benefecit:sic à יָנַק suxit, הֵינִיק lactauit. In quarto ordine,hæc forma seruatur à קָם surrexit, הֵקִים erexit,& רָם eminuit, הֵרִים eleuauit,& מֵת mortuus est, הֵמִית interfecit,& אוֹר luxit, הֵאִיר illustrauit. In quinto ordine,propter tertiam radicalem literam,quæ est una ex אֲהֵחוּי non interponitur iod litera inter ain & lamed: ut à גָּלָה fit הִגְלָה transtulit, הִגְלִיתָ transtulisti,litera he mutata in iod. A מָצָא uero, fit הִמְצִיא fecit inuenire. In sexto ordine, à סָב fit הֵסֵב reduxit, הֲסִבוֹתָ reduxisti, הֲסִבוֹתִי reduxi: & cætera. In septimo ordine, à נָטָה fit הִטָּה inclinauit uel extendit, הִטִּיתָ inclinasti,& הִטּוּ inclinauerunt.

Coniuga

CONIVGATIO HIPHIL per omnes ordines, & primò in perfectorum ordine.

Præteritum, עָבַר

הִבְרִיל הֶעֱבִיר	ſeparauit, traiecit:
הִבְרַלְתָּ הֶעֱבַרְתָּ	ſeparaſti:
הִבְרַלְתִּי הֶחֱבַרְתִּי	ſeparaui, ſapui:
הִבְרִילוּ הִבְרַלְתֶּם	ſeparauerũt, raſtis
הִבְרַלְנוּ	ſeparauimus,
הִבְרִילָה הֶעֱבִירָה	ſeparauit, fœmini.
הִבְרַלְתְּ הִבְרַלְתֶּן	ſeparaſti, raſtis.

Hæc forma regulariter ſeruatur in omnibus uerbis hiphil, niſi quod prima radicalis litera quando eſt gutturalis, mutat hirec ſub he in ſægol.

Participium præſens, בֵּינוֹנִי

מַפְסִיר מַעֲבִיר	conſtituens, maſ.
מַפְסִירִים	conſtituentes, m.
מַפְסִירָה מַעֲבִירָה	conſtituens, fœ.

מַפְסִירוֹת conſtituentes, fœminini. Abiicitur in hoc participio litera he, & pro מְהַפְסִיר dicitur מַפְסִיר Notandum quoq; quale punctũ habet mem huius participij, tale habẽt literæ אֵיתָן in futuro, nempe pathah.

Participium præteritum, פָּעוּל

מוּבְרָל מוּבְרָלִים	ſeparatus,
מוּבְרָלָה מוּבְרָלוֹת	ſeparata.

Et hic quoq; abiicitur he, & dicitur מוּפְסָר pro מְוֻפְסָר ut ſcilicet uitetur multitudo ſeruilium literarum.

Infinitiuus, מָקוֹר

הַפְסִיר & הַפְסֵר	conſtituere,
לְהַבְרִיל בְּהַבְרִיל	ad diſtinguẽdum.

Et quando prima litera eſt gutturalis,

לְהַחֲרִישׁ ad tacendum.

Imperatiuus, צִוּוּי

הַחֲרִישׁ הַבְרִיל	tace, ſepara:
הַחֲרִישׁוּ הַבְרִילוּ	tacete, ſeparate:
הַחֲרִישִׁי הַבְרִילִי	tace, fœminini ge.

חַחֲרִשְׁנָה תַּבְרִלְנָה tacete, fœminini.

Futurum, עָתִיר

אַשְׁמִיעַ אַבְרִיל	faciam audire,
תַּשְׁמִיעַ תַּבְרִיל	facies audire,
נַשְׁמִיעַ נַבְרִילוּ	diuulgabimus,
יַשְׁמִיעוּ יַבְרִילוּן	diuulgabunt,
תַּשְׁמִיעִי תַּבְרִיל	diuulgabis, fœmi.
תַּשְׁמִיעוּן תַּבְרִלְנָה	diuulgabitis, diuulgabunt.

Mutatur etiam nonnunquam iod hirec in zere, ut וַיִּבְרֵל & distinxit.

EXEMPLAR CONIVgationis hiphil in secundo ordine.

Præteritum, עָבַר

הִגִּישׁ הִפִּיל	applicauit, deiecit:
הִגַּשְׁתָּ הִפַּלְתִּי	applicasti, deieci:
הִגִּישׁוּ הִפַּלְנוּ	applicauerunt:
הִגַּשְׁתֶּם	applicastis:
הִגִּישָׁה הִגַּשְׁתְּ	applicauit, fœminini:
הִגַּשְׁתֶּן הִפַּלְתֶּן	applicastis.

Non

Non differt hoc præteritum à præterito perfectorum, nisi quod nun prima radicalis per dages absorbetur. Quando autem media non est puncti dages capax, nun minime abijcitur: ut à נָחַל fit hiphil הִנְחִיל & in futuro אַנְחִיל more perfectorum. In participio præsenti מַגִּישׁ & in fœminino מַגִּישָׁה applicās. In participio præterito מֻגָּשׁ applicatus, מֻגָּשִׁים applicati. Vbi propter dages mutatur uau surec in kybuz. In infinitiuo הַגִּישׁ uel הַגֵּשׁ Eandem formam habet imperatiuus, ut הַפֵּל dejce. In futuro אַפִּיל dejciam, יַפִּיל dejciet, יַפִּילוּ dejcient: &c. Item נַפֵּל dejciemus, נַגַּע cõtingemus: &c.

EXEMPLAR CONIVgationis hiphil in tertio ordine.

In tertio ordine mutatur iod prima radicalis in uau holẽ, & præmittitur consueta

sueta litera he: ut à יָשַׁב sedit, הוֹשִׁיב collocauit. Sunt tamen aliqua quæ iod non mutant, ut à יָנַק suxit, fit הֵינִיק lactauit: sic à יָלַל in hiphil, הֵילִיל ululauit.

Præteritum, עָבַר

הוֹרִיעַ הוֹשִׁיב	notificauit, locauit
הוֹרַעְתָּ הֵינַקְתָּ	notificasti, lactasti
הוֹשַׁבְתִּי הֵילַלְתִּי	collocaui, ululaui,
הוֹרִיעוּ הוֹשִׁיבוּ	notum fecerunt,
הוֹשַׁבְתֶּם הֵילַלְתֶּם	collocastis,
הוֹרַעְנוּ הֵינַקְנוּ	notum fecimus,
הוֹרִישַׁח הֵינִיקָה	notũ fecit, lactauit
הוֹרַעְתְּ הֵינַקְתְּ	notificasti, lactasti
הוֹרַעְתֶּן	notificastis.

Participium præsens, בִּינוֹנִי

מוֹבִיל מוֹרִיעַ	baiulans,
מוֹבִילִים מוֹלִידִים	baiulantes,
מֵינִיקָה מֵינִיקוֹת	lactans.

Participium præteritum, פָּעוּל

מוּשָׁב מוּשָׁבִים	collocatus, collocati,

מוּרָעָה

מוּרָעָה מוּרָעוֹת notificata, notificatæ.

Infinitiuus, מָקוֹר (cere.

הוֹשִׁיב הֵישִׁיב	collocare, benefa/
לְהוֹשִׁיב לְהֵינִיק	ad ponendum,
בְּהוֹשִׁיב בְּהֵילִיל	in ponendo,
בְּהוֹשִׁיב מֵהוֹשִׁיב	quum collocaret.

Imperatiuus, צִוּוּי

הוֹשִׁיב הוֹרִיעַ	colloca, notifica,
הוֹשִׁיבוּ הוֹרִיעוּ	collocate,
הוֹרִיעִי הוֹרַעְנָה	notifica, notificate, f.

Futurum, עָתִיד

אוֹרִיעַ אוֹשִׁיב	notificabo, locabo,
תּוֹרִיעַ תֵּישִׁיב	notificabis,
יוֹרִיעַ נוֹרִיעַ	notificabit, bimus.
תּוֹרִיעוּ יוֹרִיעוּ	notificabitis, bunt.
תּוֹשִׁיבִי תּוֹשַׁבְנָה	notificabis, fœmi.

EXEMPLAR CONIV/

gationis hiphil in quar/

to ordine.

הֵכִין הֵבִיא הֵרַע	parauit, introduxit,
הֲכַנְתָּ הֲכִינוֹתָ	parasti,

חֲבִינוֹתִי חֲבֵאתִי paraui,adduxi:
חֲבִינוּ חֲרָעוּ parauerunt:
חֲסִיצוֹתֶם חֲסַמְתֶּם euigilastis:
חֲסַמְנוּ חֲרַעְנוּ erexim⁹:
חֲשִׁיבַת חֲקִימַת conuertit,erexit:
חֲשִׁיבוֹתָ חֲבֵאת reduxisti:
חֲשִׁיבוֹתֶן חֲשַׁבְתֶּן reduxistis.

Participium præsens, בִּיצוֹנִי

מֵשִׁיב מֵבִין reducens,
מְעִירִים מְקִימִים excitantes,
מְשִׁיבַת מְשִׁיבוֹת reducens,

Et quando tertia est gutturalis מֵרַע malum inferens:quod tamen de heth & ain est accipiendum.

Participium præteritum, פָּעוּל

מוּקָם מוּמָת erectus,iterfectus:
מוּקָמִים מוּבָאִים erecti,adducti:
מוּקָמַת מוּקָמוֹת erecta,erectæ.

Infinitiuus, מָקוֹר

הָקֵם חָרַע erigere,malignare:
בְּהָקִים לְהָמִית in erigendo.

Impe

Imperatiuus, צַוּוּי

הָקֵם הָסִירָה erige,aufer:
הָקִימוּ הָסִירוּ erigite,auferte:
הָקִימִי הָקֵמְנָה erige,erigite.

Futurum, עָתִיד

אָשִׂים אָקֵם ponam,erigam:
תָּרִיעַ תָּאִיץ iubilabis,urgebis:
יָקִים יָרִיעַ eriget,clanget:
נָקִים נָקִימוּ erigemus,erigent:
תָּקִימוּ תָּקִימִי erigetis,eriges:
תָּקֵמְנָה erigetis, erigent, fœ.

Et quando nun est ultima,absorbetur in hac ultima persona unum nun per dages:ut à תָּבִין fit תָּבִנָּה uel תָּבֵנָה intelligere facietis.

EXEMPLAR CONIV/
gationis hiphil in or/
dine quinto.

Præteritum, עָבַר

הִגְלָה הֶגְלָה הֵרְאָה transmigrauit,
הִגְלִיתָ הֵרְאִיתִי transmigrasti,

הִגְלוּ הִגְלִיתֶם transmigrauerunt,
הֶרְאִינוּ demonstrauimus,
הִגְלְתָה הֶרְאָתָה trāsmigrauit, fœmi.
הִגְלִיתְ הִגְלִיתֶן transmigrasti.

Inuenitur he aliquando habere sægol pro puncto hirec: he uerò finalis litera more suo in prima & secunda persona mutatur in iod.

Participium præsens, בֵּינוֹנִי

מַרְאֶה מַגְלֶה ostendens,
מַגְלִים מַרְאִים transferentes,
מַרְאָה מַרְאוֹת faciens uidere, fœmi.

Participium præteritum, פָּעוּל

מוּגְלֶה מוּגְלִים translatus,
מוּגְלָה מוּגְלוֹת translata.

Inuenitur etiam cum hatephcamez, ut מֳרְאֶה factus uidere.

Infinitiuus, מָקוֹר

הַגְלוֹת בְּהַגְלוֹת transferre.

Imperatiuus, צִוּוּי

הַרְאֵה הַרְאוּ ostende, ostendite.

הַרְאִי

הַרְאִי הַרְאֶינָה ostende, fœminini g.

Futurum, עָתִיד

אַעֲלֶה אַגְלֶה faciam ascendere,
יַעֲלֶה יַגְלֶה faciet ascendere,
תַּעֲלוּ יַעֲלוּ facietis ascendere,
תַּרְאִי תַּרְאֶינָה ostēdes, fœminini ge.

Inuenitur etiam pro אַפְעֶה per apocopen אֶפְן potissimum quando à fronte accedit copula uau.

EXEMPLAR VERBORUM hiphil in sexto ordine.

חִסֵּב חִתֵּם reduxit, perfecit:
חִסַּבְתָּ חִחַלְתִּי reduxisti, incœpi:
חִסְּבוּ חִסַּבְתֶּם reduxerunt, xistis.
חִסַּבְנוּ חִחַלְנוּ reduximus:
חִסְּבָה חִסַּבְתְּ reduxit, fœminini:
חִסַּבְתֶּן חִסַּבְתֶּן reduxistis, fœmini.

Participium præsens, בֵּינוֹנִי

מְסֵב מְתַם reducēs, perficiens:
מְסַבִּים מְתַמִּים reducentes:

מְסִבָּה מְסִבּוֹת reducens, fœminini.

Participium præteritum, פָּעוּל

מוּסָב מוּסָבִים reductus, reducti:

מוּסָבָה מוּסָבוֹת reducta, reductæ.

Infinitiuus, מָקוֹר

חָסֵב לְחָסֵב בְּחָסָל reducere.

Imperatiuus, צִוּוּי

חָסֵב חָסֵבוּ reduc, reducite:

חָסֵבִי חָסֵבְנָה reduc, fœminini gen.

Futurum, עָתִיד

אָסֵב אָסֵב reducam:

תָּסֵב יָסֵב reduces, reducet:

נָסֵב תָּסֵבוּ reducemus, reducetis:

יָסֵבוּ תָּסֵבִי reducent, reduces:

תָּסֵב תָּסֵבְנָה reducet, fœminini ge.

EXEMPLAR VERBO/
rum hiphil in septi/
mo ordine.

Pauca sunt in hoc ordine, quæ normã hiphil obseruant. Frequentiora sunt, הִשְׁיא portauit, à נָשָׂא Et הֵבֵה per/
cussit

cussit, à uerbo נָבָה Item הִשָּׁח inclinã uit: & quæ à iod incipiunt, הוֹרָה do/cuit, cuius primaria radix est יָרָה iecit.

Hæc in præterito sic coniugantur,

הִשְׁאתָ הוֹרֵיתָ הִטִּיתָ הֵבֵיתָ

In plurali numero,

הִשְׁיאוּ הוֹרוּ הִטּוּ הֵבוּ

In fœminino genere,

הֵבֵתָה הִשְׁיאָה הוֹרְתָה הִטְּתָה

In participio præsenti,

מוֹרֶה מַטֶּה מַבֶּה מַשְׁיא

In participio præterito,

מוֹרֶה מֻטֶּה מֻבֶּה מֻשָּׂא

In infinitiuo,

הוֹרוֹת הַטּוֹת הַבּוֹת הַשְּׂאת

In imperatiuo,

הוֹרֵה הַטֵּה הַבֵּה הַשֵּׂא

In futuro,

אוֹרֶה אַטֶּה אַבֶּה אַשֵּׂא אַשְׁיא

Reliquas personas efficies conformi/ter uerbis quinti ordinis.

EXEMPLAR PASSIVAE uocis hiphil, quæ hophal uocatur.

Passiuum huius coniugationis uocatur à forma ipsa הָפְעַל hophal: ut ab הִכְרִית succidit, fit הָכְרַת succisus est: & ab הוֹשִׁיב collocauit, fit הוּשַׁב collocatus est: & cætera. Et inuenitur rarius in alijs modis, quàm in præterito & futuro. Et quantum attinet ad significationem, non differt à passiuo piel, quod est pual.

Præteritum, עָבַר

הָפְקַר הֻשְׁמַר	constitutus est,
הָפְקַרְתָּ	constitutus es,
הָפְקַרְתִּי	constitutus sum,
הָפְקְרוּ	constituti sunt,
הָפְקַרְתֶּם	constituti estis,
הָפְקַרְנוּ הָפְקָרָה	constituti sumus,
הָפְקְרָה	constituta es,
הָפְקַרְתֶּן	constitutæ estis.

Futu

Futurum, עָתִיר

אֻפְקַר תֻּפְקַד constituar: & cætera.

IN SECVNDO ORDINE

Præteritum, עָבַר

חֻגַּשׁ	adductus est,
חֻגַּשְׁתָּ	adductus es,
חֻגַּשְׁתִּי	adductus sum,
חֻגְּשׁוּ	adducti sunt,
חֻגַּשְׁתֶּם	adducti estis,
חֻגַּשְׁנוּ	adducti sumus,
חֻגְּשָׁה	adducta est,
חֻגַּשְׁתְּ	adducta es,
חֻגַּשְׁתֶּן	adductæ estis.

Futurum, עָתִיר

חְגַּשׁ	adducar,
תְּגַּשׁ	adduceris,
יְגַּשׁ	adducetur,
נְגַּשׁ	adducemur: & cætera.

IN TERTIO ORDINE

Præteritum, עָבַר

הוּבַע	notificatus est,

חורעת

חוֹרַעְתָּ notificatus es,
חוֹרַעְתִּי חוֹרָעוּ notificatus sum: &c.

Futurum, עָתִיד

אוֹרַע תּוֹרַע notificabor,
יוֹרַע נוֹרַע notificabitur: & cætera.

IN QVARTO ORDINE

Præteritum, עָבַר

חוֹסָם erectus est,
חוֹסַמְתָּ erectus es,
חוֹסָמוּ erecti sunt.

Reliqua huius ordinis uerba non differunt à forma tertij ordinis.

IN QVINTO ORDINE

Præteritum, עָבַר

חֻגְלַח translatus est,
חֻגְלֵיתָ translatus es,
חֻגְלֵיתִי translatus sum,
חֻגְלוּ translati sunt,
חֻגְלָתָה translata est: & cætera.

Futurum, עָתִיד

אֻגְלַח חֻגְלָתָה transferar: & cætera.

In sexto

IN SEXTO ORDINE

Præteritum, עָבַר

חוֹסַב circumdatus est,
חוֹסַבוֹתָ circumdatus fuisti,
חוֹסַבוֹתִי חוֹסַבוּ circũdatus sum: &c.

Futurum, עָתִיד

אוֹסַב תּוֹסַב circũdabor, circũdaberis
יוֹסַב יוֹסַבוּ circumdabitur: & cætera

CONIVGATIO QVARTA

QVarta cõiugatio à forma ipsa uocatur הִתְפַּעֵל habetq; à fronte augmentum syllabæ הִתְ & mediam literam semper dagessatã: unde fit ut nũquam in ea uerbum aliquod, cuiusc; cunq; sit ordinis, possit pati defectum. Et nota q; augmentũ illud הִתְ omnibus uerbis adijcitur, nisi quãdo prima radicalis fuerit una ex literis ש ס ז ץ tunc enim ת augmenti ponitur post literas

teras שׂ שׁ ס ז ץ & poſt צ mutatur in ט ſed poſt ז mutatur in ר licet de hoc poſteriori in Hebraiſmo ipſo nullum reperiatur exẽplum, ſed in Chaldaiſmo duntaxat & apud magiſtrõs. Exempla: הִשְׁתַּמֵּר pro הִתְשַׁמֵּר & הִסְתַּבֵּל pro הִתְסַבֵּל Sic הִצְטַרֵּק pro הִתְצַדֵּק Et apud magiſtros הִזְרַמֵּן pro הִתְזַמֵּן Porrò ſignificatio huius coniugationis eſt retranſitiua ſeu reciproca, aut ſi malis actiuapaſſiua, redit enim actus in eum à quo profectus eſt: ut ab אָהַב dilexit, dicis הִתְאַהֵב dilexit ſe: ſic à בָּרַךְ benedixit, fit in futuro יִתְבָּרְכוּ benedicent ſe: à קִדֵּשׁ ſanctificauit, הִתְקַדַּשְׁתֶּם ſanctificaſtis uos, הִתְגַּלּוּ reuelauerũt ſeu prodiderunt ſe. Habet tamen quædam uerba peculiaria ſibi, quæ non uidentur habere reciprocam illam ſignificationẽ: ut הִתְהַלֵּךְ deambulauit, הִתְפַּלֵּל orauit: & cætera.

Coniu

CONIVGATIO HITHPAEL in primo uerborum ordine.

Præteritum, עָבַר

הִתְגַּדֵּל הִשְׁתַּמֵּר	magnificauit ſe,
הִתְגַּדַּלְתָּ הִצְטַדַּקְתָּ	magnificaſti te,
הִתְגַּדַּלְתִּי	magnificaui me,
הִתְגַּדְּלוּ הִשְׁתַּמְּרוּ	magnificauerũt ſe
הִתְגַּדַּלְתֶּם	magnificaſtis uos
הִתְגַּדַּלְנוּ	magnificauiꝰ nos
הִתְגַּדְּלָה	magnificauit ſe, f.
הִתְגַּדַּלְתְּ	magnificaſti te, f.
הִתְגַּדַּלְתֶּן	magnificaſtis uos fœminini generis.

Media in hac coniugatione ſemper dageſſatur, niſi ea non ſit capax punctuli dages, tunc præcedens punctus paruus mutatur in uocem magnã: ut הִתְבָּרֵךְ benedixit ſe, הִתְטַהֵר purifica uit ſe. In quo exemplo, tau litera plerunq;

runcꝫ per punctum dages absorbetur in teth: ut הִטָּהֵר purificauit se. Sunt enim tau & teth, literæ eiusdem prolationis, atque ideo facile una abscondi/tur in alia.

Participium præsens, בֵּינוֹנִי

מִתְקַדֵּשׁ	sanctificans se,
מִתְקַדְּשִׁים	sanctificantes se,
מִשְׁתַּמְּרָה	obseruans se, fœminini:
מִשְׁתַּמְּרוֹת	obseruantes se, fœmini.

Paul non habet ista coniugatio, sed benoni actiuũ passiuum satisfacit pro utroque participio.

Infinitiuus, מָקוֹר

הִתְקַדֵּשׁ לְהִתְקַדֵּשׁ	sanctificare se,
בְּהִשְׁתַּמֵּר בְּהִשְׁתַּמֵּר	in custodiẽdo se

Imperatiuus, צִוּוּי

הִצְטַדֵּק	iustifica te,
הִשְׁתַּמְּרוּ	custodite uos,
הִתְבָּרְרִי	purifica te, fœminini ge.
הִתְקַדַּשְׁנָה	sanctificate uos.

Futurum

Futurum, עָתִיד

אֶתְהַלֵּךְ	deambulabo,
תִּשְׁתַּמֵּר	custodies te,
יִתְקַדֵּשׁ	sanctificabit se,
נִתְקַדֵּשׁ	sanctificabimus nos,
תִּתְבָּרְרוּ	purificabitis uos,
יִצְטַדְּקוּ	iustificabunt se,
תִּתְקַדְּשִׁי	sanctificabis te, fœmini.
תִּתְקַדֵּשׁ	sanctificabit se, fœmini.
תִּתְקַדַּשְׁנָה	sanctificabitis uos, fœm.

EXEMPLAR CONIVGA/tionis hithpael in secun/do ordine.

Non differunt uerba secundi ordinis in hac coniugatione à uerbis primi or/dinis, quum nun prima radicalis non possit deficere propter mediam dages/satam: ut

הִתְנַפֵּל	deiecit se,
מִתְנַפֵּל	deijciens se,
אֶתְנַפֵּל	deijciam me: & cætera.

Exem

EXEMPLAR CONIVGA/
tionis hithpael in ter/
tio ordine.

Verba tertij ordinis in hac coniuga/tione non differunt à uerbis primi or/dinis, nisi quod quædam mutant lite/ram iod primam radicalem in uau mo bilem,& alia non mutant: ut הִתְוַדַּע cognouit se, & הִתְוַדָּה confessus est, reum se prodidit: item הִתְיַצֵּב consti/tuit se. In futuro, אֶתְיַצֵּב constituam me, אֶתְוַדַּע cognoscam me. Reliquæ personæ & modi conformiter fiant or dini primo.

EXEMPLAR CONIVGA/
tionis hithpael in or/
dine quarto.

Pendet coniugatio hithpael in quarto ordine à forma uerborum piel,præpo nituŕq; duntaxat characteristica sylla/ba הִתְ ut à קוֹמֵם erexit, dicitur in hac

hac coniugatione, הִתְקוֹמֵם erexit se, הִתְקוֹמַמְתָּ erexisti te, הִתְקוֹמְמָה ere/xit se mulier. In participio, מִתְקוֹמֵם In futuro אֶתְקוֹמֵם Duplicatur itaque hic sicut & in piel tertia radicalis litera loco punctuli dages.

EXEMPLAR CONIV/
gationis hithpael in or/
dine quinto.

Non differunt uerba quinti ordinis in coniugatione hithpael à uerbis primi ordinis,nisi quod ratione he tertiæ ra/dicalis,in præterito mutant he in iod, & in infinitiuo terminantur in oth:si/cut in prima,secunda & tertia coniuga/tione. Exempla,

הִתְגַּלָּה	reuelauit,seu prodidit se,
הִתְגַּלִּיתָ	prodidisti te,
הִתְגַּלִּיתִי	prodidi me.

In infinitiuo,

הִתְגַּלּוֹת	reuelare se.

In imperatiuo,

הִתְגַּלֵּה reuela te:cum zere.

In futuro,

אֶתְגַּלֶּה reuelabo me,

תִּתְגַּלֶּה prodes te:cum sægol.

EXEMPLAR CONIVgationis hithpael in sexto ordine.

Non habet sextus ordo in hac coniugatione propriam aliquā formam,sed usurpat uel formam sui perfecti uerbi, uel formam quarti ordinis: ut à סַב circuiuit, fit in hithpael הִתְסַבֵּב uel הִתְסוֹבֵב gyrauit se. Posterior tamen forma frequentior est,ut הִתְגּוֹלֵל uolutauit se, הִתְגּוֹלַלְתָּ uolutasti te:& cætera,ut in quarto ordine.

In septimo ordine pauca inueniuntur uerba,quæ formam huius cōiugationis imitentur:ut est הִתְוַדָּה confessus est, הִתְנַבָּא percussit se.

In octauo

In octauo quoquè ordine, præter unum aut alterum uerbum non inuenitur.

HAEC de uerbis dicta sufficiant. Elias in quibusdam copiosior est, in multis destinat lectorem ad Tabulam coniugationum, multa tractat quæ & ego inter coniugationes tractaui & diligenter inculcaui,sciens quòd nihil satis dici & moneri potest in hac extranea lingua propaganda:& ob id nemo miretur, si quædam bis dicta in diuersis inueniat locis.

SECVNDAE PARTIS Institutionis Hebrææ linguæ, finis.

DE NOMINE altera orationis parte.



OCANT Hebræi nomen propriũ שֵׁם עָצֶם ut sunt nomina hominum, mõtium, fluuiorum: & cætera.

Nomen uerò substantiuum uocant שֵׁם דָּבָר nomen rei.

Et nomen adiectiuum שֵׁם תֹּאַר ideſt, nomen formæ.

Et omne nomen uel est masculinum uel fœmininum, & pauca inueniuntur quæ utrunque habent genus.

Masculina constant tribus duntaxat radicalibus literis, ut

לֶחֶם panis,
דָּבָר res, uel uerbum,
סֵפֶר liber.

nisi

nisi quòd adiectiua plerunq; habent literam iod uel uau interpositam, ut

חָסִיד pius,
צַדִּיק iustus,
גָּדוֹל magnus,
אָרוּךְ longus: & cætera.

Fœminina uerò habent communiter à fine literam he uel tau adiectam, nedum adiectiua uerum & substantiua: ut

נְקֵבָה fœmina,
אִשָּׁה & אִשֶּׁת mulier,
מַלְכָּה regina,
חוֹמָה murus,
כְּנֶסֶת synagoga,
לְבָנָה luna,
גְּדוֹלָה magna,
צַדִּיקָה iusta: & cætera.

Sunt tamen plurima, quæ ab hac regula excidunt: nam

חֶרֶב gladius,
אֶבֶן lapis,

אֵם mater,
אֶרֶץ terra: & alia multa ſimilia.

Item & nomina omniũ membrorum, quæ à natura dualitate quadam conſtant, ſunt fœminina: ut

יָד manus,
רֶגֶל pes,
עַיִן oculus: & cætera.

quamuis à fine non habeant ſuperadditam literam he uel tau.

Horum genus cognoſcitur uel ex adiuncto uerbo uel adiectiuo, aut ex ſubiuncto affixo, aut ex plurali fœminini terminatione, etiam ſi & hæc terminatio nonnunquam fallat: quia ſunt non pauca maſculina, quæ habent in plurali numero fœmininam terminationem, quemadmodum ſunt

אָב pater,
קוֹל uox,
מָקוֹם locus,

בּוֹר ciſterna.

Sicut è diuerſo multa fœminina habent terminationem in plurali numero maſculinam, ut ſunt

אָבֶן
חֶרֶב
עִיר & cætera.

Deſinunt autem maſculina in plurali numero, in ים
& fœminina in וֹת ut

נַעַר נְעָרִים puer, pueri:
נַעֲרָה נְעָרוֹת puella, puellæ.

Quæ uerò dualitate conſtant, deſinunt in יִם ut

רֶגֶל רַגְלַיִם pes, pedes:
עַיִן עֵינַיִם oculus, oculi:
בֶּרֶךְ בִּרְכַּיִם genu, genua: & cætera.

Iam ad ipſas Nominum inflexiones ueniendum eſt.

DE INFLEXIONE Nominum.

NEsciunt Hebræi aliam inflexionem in nominibus quàm quæ fit de singulari numero in pluralem, aut de masculino genere in fœmininum, aut de statu absoluto in statum regiminis & affixionis: & hic nonnihil laboris & difficultatis est iuxta diuersas Nominum formas.

Verum ut hic obiter commemorem quod Elias prolixe tractat, notabis, quatuor esse puncta uocalia in Nominibus, quæ mutari solent, licet non semper, nec ubique. Et sunt ista,

- ־ Camez,
- ֵ Zere,
- ֶ Sægol,
- ֹ Holem.

Exem

Exemplis rem ipsam secundum diuersas formas, ostendemus.

QVæ enim sunt huius formæ, דָּבָר aut עָצִיר aut לֵבָב aut זָקֵן mutant in regimine singulari puncta in hunc modum,

דְּבַר יְהוָה uerbum Domini:
זְקַן בַּיִת senex domus,
לְבַב הָאָדָם cor hominis,
קְצִיר הַשָּׁנָה messis anni.

Et cum affixis,

לְבָבוֹ קְצִירוֹ זְקֵנוֹ דְּבָרוֹ

Et in plurali numero,

לְבָבוֹת קְצִירִים דְּבָרִים זְקֵנִים

Et in regimine plurali,

קְצִרֵי זְקֵנֵי דִּבְרֵי לְבוֹת

Et cum affixis,

קְצִירָיו דְּבָרָיו

Sed cum affixis הֶם הֵן & כֶּם כֶּן habent formam pluralis constructiui: ut

דִּבְרֵיהֶם זְקֵנֵיכֶם & cætera.

Hæc

Hæc autem forma,

אֵבוּס præsepe,
אֵפוֹד humerale,

nihil mutat: nam dicimus in plurali,
אֲבוּסִים Et cum affixis,
אֲפוֹדִי cinctorium meum, & cætera.

Hæc autem forma מֶלֶךְ quæ frequens est, nō mutatur in regimine singulari: sed cum affixis quædam nomina mutant primum sægol in pathah, & quædam in punctum hirec: ut

מַלְכִּי rex meus,
מַלְכָּה regina,
רַגְלוֹ pes eius,
בִּגְדָּהּ uestis eius,
בִּתְרוֹ pars, seu membrum eius.

De quibus hæc datur regula, quòd ea quæ incipiunt à litera gutturali, mutant sægol in pathah, quando eis subiicitur affixum: reliqua mutant sægol in hirec: ut

חסדי

חַסְדִּי pietas mea,
עַבְדִּי seruus meus. item
בִּגְדִּי uestis mea,
בִּתְרִי portio mea.

Sunt tamen multa quæ extra casum literæ gutturalis, mutant sægol in pathah: ut

זַרְעִי semen meum,
מַלְכִּי rex meus: & cætera.

In plurali & eius regimine, non differunt à forma nominis דֶּבֶר nisi quòd quædam habent pathah in regimine: ut מַלְכֵי אֶרֶץ reges terræ.

Et hæc eadem forma, quando media est gutturalis, mutat utrunq; sęgol in pathah: aut si tertia est gutturalis, migrat posterius sægol in pathah: ut

צָמַח פָּרַח שָׁבַע
& נָעַר נַחַל

Et tenent in quatuor dictis mutationibus normam מֶלֶךְ & בֶּגֶד ut

ברחי

בְּרָחִי flos meus,
בַּעֲרִי puer meus,

Est deinde alia forma nominum, quæ habet zere & sægol: ut

חֵלֶק עֵשֶׂב סֵפֶר

Et hæc in regimine singulari non mutantur: cum affixis uero mutant zere in punctum hirec: ut

סִפְרִי liber meus,
עִשְׂבּוֹ herba eius,

Sunt tamen quæ zere sub litera gutturali mutant in sægol: ut

עֶגְלִי uitulus meus,
חֶלְבֶּךָ adeps tuus,
חֶלְקוֹ pars eius: & cætera.

De quibus solum gustum hic præbemus, quandoquidem in Eliæ Grammatica omnia emunctiora inuenies.

Item forma ista,

מָוֶת mors,
עָוֶל iniquitas,

est de

est de quarto ordine: & mutat in regimine uau mobile in uau quiescens, ut

מוֹת הָאָדָם mors hominis.

Nomina istius formæ

חֹדֶשׁ קֹדֶשׁ אוֹן

in regimine singulari non mutantur, sed cum affixis mutatur holem in hatephcamez: ut

קָדְשׁוֹ sanctitas eius.

& in plurali numero, אָזְנַיִם aures.

At hæc forma,

אוֹצָר thesaurus,
כּוֹכָב stella,
עוֹלָל infans,

nunquam mutat punctulum holem.

In plurali numero, אוֹצָרוֹת כּוֹכָבִים

In regimine singulari, אוֹצַר יְהוָה

Sicut à מִקְדָּשׁ dicitur מִקְדַּשׁ יְהוָה puncto camez mutato in pathah.

Et cum affixo, אוֹצָרוֹ thesaurus eius.

Habet tamen עוֹלָל in plurali nume-

ro

ro עוֹלְלִים infantes: Pſalmo octauo.

Porrò אוֹרַח בּוֹבַע & ſimilia, non differunt à forma סָרַשׁ quum litera gutturalis mutet ſægol in pathah: quẽ admodum etiam paulò ſuperius dixi/mus de פֶּרַח & בַּעַר

De nominibus uerò quæ mediam literam habent dageſſatam eſt una re/gula, quòd nunquam mutantur: ut

גַּנָּב
סַלָּם
צַרִּיק

Et quando media non eſt capax pun/ctuli dages, mutatur uox parua in ma/gnam, & illa uox magna non mutatur propter adiectionem affixorum, ſicut nec dages mutatur: ut

פֶּרַשׁ eſt eiuſdem formæ cum גנב
גַּנָּב Et ut in plurali dicimus
גַּנָּבִים nullo mutato puncto: ſic
פָּרָשִׁים dicimus פרשים

Sic

Sic סָרִיס & צַדִּיק ſunt eiuſdem for/mæ, habentes etiam in plurali סָרִיסִים eunuchi, & צַדִּיקִים iuſti.

Item nomina quæ à principio ha/bent ſcheua, nũquam mutant illud: ut

דְּבַשׁ mel:
זְאֵב lupus,
זְאֵבָה lupa:
חֲמוֹר aſinus, hinc
חֲמוֹרִי aſinus meus.

Excipiuntur ea quæ habent punctum camez poſt ſcheua. Illa enim in re/gimine plurali mutant camez in ſche/ua, & tunc primum neceſſariò muta/tur in hirec: ut à

יְקָר honor, יִקְרִי
Sic à כְּתָב ſcripta, כִּתְבִי

Hæc de maſculinis, aut quæ formam habent ma/ſculinorum.

Nunc de fœmininis.

Nomina

NOmina fœminina quæ desinũt in literam he præcedẽte camez, habent unam regulam, nempe quòd in prædictis quatuor mutatiõibus mutant literam he in tau.
ut à צְדָקָה dices

צִדְקַת יְהוָה	iustitia Domini,
צִדְקָתוֹ	iustitia eius,
צִדְקוֹת	iustitiæ,
צִדְקוֹתֶיךָ	iustitiæ tuæ,
צִדְקוֹת יְהוָה	iustitiæ Domini.

Vbi scheua primum mutatur in hirec propter scheua secundum.
Item ab אֲבִילָה comestio, facies אֲבִילַת אֲבִילָתוֹ אֲבִילוֹת & cætera.
Vide Eliam in oratione tertia, fundamentis octauo & nono.

Fœminina uerò quæ in statu absoluto desinunt in literam tau præcedente sægol, dagessant literam illam tau in affixorum subiunctione: ut

עטרת

עֲטֶרֶת	corona,
עֲטַרְתּוֹ	corona eius: &
תִּפְאֶרֶת	decor,
תִּפְאַרְתּוֹ	decor eius.

Vbi tau primum est litera hæemanthica seu denominatiua.

Sunt enim sex literæ, quæ dicuntur hæemanthicæ, uidelicet istæ

ה א מ נ ת י

quæ quum radicibus adiectæ sunt, denominatiua constituũt: uulgus autem eas appellat הָאֶמְנָתִי Exempli causa,

מִשְׁקָל	pondus,
הַשְׁלוֹם	compensatio.

De quibus uide Eliam in oratione tertia, fundamentis duodecimo & decimotertio.

NOMINA SECVNDI ORDINIS, quæ scilicet deficiunt in pe nun.

NOmina quæ deficiunt in pe pro al

nun assumunt à fronte literam hæc manthicam mem cum pathah sequente punctulo dages: ut

מַטָּע	plantatio,	à
נָטַע	plantauit:	&
מִשְׁמָר	custodia,	à
נָטַר	custodiuit.	
מַסֵּכָה	conflatile:	&
מַכָּה	percussio,	à
נָכָה	uapulauit.	

In quibus, punctulus dages index est perditæ nun radicalis literæ.

NOMINA TERTII ORDInis, quorum prima radicalis litera est iod uel aleph.

QVæ ab aleph litera in hoc ordine incipiũt, minime differunt à perfectis, quando in formam nominum rediguntur: ut ab

אָמַר	dixit,	fit
מַאֲמָר	oratio.	

Quæ

QVAE uerò à litera iod incipiunt, multiplicem habent formam: & ea tibi trademus per familiaria quædam exempla.

Aspice igitur sequentia exempla.

מוֹצָא	exitus,	&
מוֹשָׁב	sessio,	
à	יָשַׁב יָצָא	
מוֹעֵד	tempus,	&
מוֹקֵשׁ	offensio,	
à	יָקַשׁ יָעַד	

In plurali numero, מוֹצָאוֹת מוֹשָׁבִים & מוֹקְשִׁים

תּוֹלֶדֶת	generatio,
תּוֹכַחַת	correptio,
תּוֹדָה	confessio,
תּוֹרָה	lex, instructio,
תּוֹחֶלֶת	spes,
תּוֹעֶלֶת	utilitas,
מוּסָר	disciplina, &
מוּצָק	infusorium.

Vides in his exemplis quomodo iod mutetur in literam uau, accedatq; à fronte una ex literis hæmanthicis.

At in his,

שֵׁנָה somnus,
עֵצָה consilium,
דֵּעָה scientia.

Iod omnino deficit, assumpta in fine litera he fœminina.

FORMAE NOMINVM quarti ordinis.

HAbet etiam is ordo quartus multas & uarias nominum formas, quas per exempla quoq; tibi ob oculos ponemus,

מָקוֹם locus,
מָלוֹן diuersorium,
מְשׁוּבָה auersio,
מְלוּנָה mansio,
תְּקוּמָה resurrectio,
תְּלוּנָה murmuratio.

Quæ

Quæ sub mem denominatiuo habent camez, mutant illud in scheua: ut

מְקוֹם יְהוָה locus Domini.
זָר alienus,
גֵּר peregrinus,
סִיר olla,
עִיר ciuitas,
יוֹם dies,
דּוֹר caldarium.
רָע malus,
אֵר pernicies,
קִיר paries,
אוֹר lux,
טוֹב bonus,
שׁוּק platea.

Ex his, quædam non mutantur, alia uero mutantur: ut sunt,

יָמִים dies,
עָרִים ciuitates,
שְׁוָקִים plateæ,
דְּוָרִים ollæ.

Sequitur alia forma,cum iod mobili.

בַּיִת domus,
עַיִן oculus,
לַיִל nox.

Hæc mutantur in punctum zere: ut

בֵּית יְהוָה domus Domini.
עֵינִי oculus meus,
לֵילוֹת noctes.

Dicitur tamen בָּתִּים pro בֵּיתִים domus,in numero plurali:iod litera quiescente in punctulo dages,præter morem ſuum.

FORMAE NOMINVM quinti ordinis.

IS quoq; ordo ſuas habet formas:ut

מִצְוָה præceptum,
תִּקְוָה ſpes,
תִּבְלָה conſumptio.

Et cum literis gutturalibus,

מַחֲנֶה medietas,
תַּאֲוָה concupiſcentia.

In quibus

In quibus nominibus he litera non radicalis eſt, ſed fœminina litera. Quando autem eſt radicalis litera,ante ſe habet punctum ſægol:ut

מִקְנָה acquiſitio,
מַחֲנֶה turma: & ſimilia.

Et hæc nomina mutant in regimine punctum ſægol in zere:ut

מַחֲנֵה דָן turma Dan,
מַעֲשֵׂהוּ opus eius:& cætera.

He uerò fœminina litera mutatur more ſuo in literam tau raphatam:ut

מִצְוַת יְהוָה præceptum Domini.

Item alia nominum forma:ut

תַּבְנִית ſimilitudo,
תַּכְלִית conſummatio.

Et hæc nomina non mutantur.

Item שִׂפָה labium,
מִנָה pars,
פִּאָה angulus, &
שָׁנָה annus.

Quæ in regimine ſingulari habent,

פְּאַת שְׂפַת & cætera.

Item צָלִי coctio,

קָלִי pulmentum,

שְׁבִי captiuitas,

פְּרִי fructus,

חוֹלִי infirmitas,

עוֹנִי afflictio.

In quibus nominibus punctus camez more ſuo mutatur in ſcheua: ut

צְלִי Et holem in hatephcamez, ut

חֳלִי Scheua uero in פְּרִי & ſimilibus, migrat in ſægol, quando in pauſa uenerint: ut כֶּלִי uas uel inſtrumẽtum.

Item aliæ formæ,

עָמִית proximus,

אָחוֹת ſoror,

חֲנִית lancea,

שְׁבִית captiuitas,

גָּלוּת tranſmigratio,

חָזוּת uiſio,

שְׁבוּת captiuitas,

פְּרוּת redemptio,

רָצוֹן uoluntas,

קָלוֹן ignominia,

בִּנְיָן ædificatio,

קִנְיָן poſſeſſio.

Quæ habent camez ſub prima, mutant illud in ſtatu regiminis in ſcheua: quæ uero habent camez ſub ſecunda, mutant illud in pathah: ut

אָב pater,

אָח frater,

יַד manus,

דַּג piſcis,

סַו regula,

בִּי combuſtio.

נִי planctus,

רִי irrigatio,

Ex quibus אָב & אָח in regimine ſingulari mutant camez in hatephpathah, aſſumpto iod in fine loco he tertiæ

tiæ radicalis literæ: ut iam hic uides,

אֲחִי עָנֵר frater Aneri,

אֲבִי גוֹיִם pater gentium.

Sic in plurali numero,

אֲבוֹת הַמַּטּוֹת patres tribuum.

Sed absolutè

אֲבוֹת patres.

Sic cum affixo,

אָבִי pater meus,

אֲבִינוּ pater noster.

Sed cum affixis חֵם & בֶּם mutatur punctus camez in hatephpathah: ut

אֲחֵיכֶם frater uester.

Mutatur etiam in אַח camez in pathah magnum & paruum: ut

אַחִים fratres,

אַחַי & אֲחַי fratres mei.

sexti ordinis.

HVius ordinis sexti tales sunt formæ: ut

חֵם

חַם calidus,

דַּל pauper,

טַל ros: &

עֹז fortitudo,

חוֹם calor,

קוֹר frigus: &

חֵן gratia,

שֵׁן dens,

צֵל umbra.

Hæc & eis similia quum mutantur in pluralem numerũ uel in fœmininum genus, aut suscipiunt affixa, dagessant alteram radicalem literam: & quæ habent uocem magnam commutant illam in paruam: ut

חַמָּה calida,

דַּלִּים pauperes,

עֻזִּי fortitudo mea,

שִׁנּוֹ dens eius.

De quibus uide in Eliæ Grammatica, in oratione quarta, fundamento undecimo

cimo & duodecimo, plura inuenies.

Sed & hoc notandum, quod in pausa, hoc est in fine sententiæ, quem Hebræi uocant סוֹף פָּסוּק item in membro quod uocant אַתְנַחְתָּא & sæpe in subdistinctione, quam appellant זָקֵף קָטוֹן mutantur uoces paruæ in magnas: puta pathah & sægol in camez, & scheua in camez uel zere uel sægol.

Exempla hic habes,

חֶבֶל ; pro
חָבֶל uanitas,
זַרְעֲךָ pro
זַרְעָךְ semen tuum,
תִּבְחֲרוּ pro
תִּבְחָרוּ negabitis,
לֶחֶם pro
לֶחֶם panis: & cætera.

Vide sacros Biblicos libros, & ubique deprehendes quo pacto scheua, uel

etiam puncta minora, mutẽtur in maiora propter pausas.

HAEC in genere de Nominibus dicta sufficiant. In Grammatica Eliæ Leuitæ hæc omnia latius & copiosius describuntur.

FINIS

IAM expediti à duabus prioribus orationis partibus, transeundum est ad tertiam, quæ & ultima est: in qua inuenies ordine Consignificatiuas dictiones.

De consi

DE CONSIGNIFICA/ tiuis dictionibus. & primò

DE PRONOMINIBVS

POSSVNT Pronomina quemadmodũ Adverbia & Præpositiones, inter dictiões consignificatiuas numerari: etiam si genus & numerum, ut Nomina habeant.

ITaque Pronomina separata sunt tria: uidelicet,

אֲנִי	&
אַנְכִי	ego,
אַתָּה	tu,
הוּא	ille.

Declina

DECLINATIO PRO/ nominis Ego.

EGo, communis generis est: & in singulari numero hoc pacto declinatur,

אֲנִי	& in pausa
אֲנִי	Ego,
שֶׁלִּי	mei,
לִי	mihi,
אוֹתִי	me,
מִמֶּנִּי	à me.

In plurali numero,

אֲנַחְנוּ	& apud Rabinos
אֲנוּ	& quandoque
אֲנַחְנוּ	Nos,
שֶׁלָּנוּ	nostrum,
לָנוּ	nobis,
אוֹתָנוּ	nos,
מִמֶּנּוּ	&
מִמֶּנּוּ	à nobis.

Infle

INFLEXIO PRO/ nominis Tu.

TV, secunda persona, in masculino genere, & numero singulari, hoc modo declinatur:

אַתָּה	Tu,
שֶׁלְּךָ	tui,
לְךָ	tibi,
אוֹתְךָ	te,
מִמְּךָ	à te.

In plurali numero, & masculino genere,

אַתֶּם	uos,
שֶׁלָּכֶם	uestrum,
לָכֶם	uobis,
אֶתְכֶם	uos,
מִמְּכֶם & מִכֶּם	à uobis.

IN fœminino genere, & numero singulari,

אַתְּ	Tu,
שֶׁלָּךְ	tui,

לו

לָךְ	tibi,
אוֹתָךְ	te,
מִמֵּךְ	à te.

In plurali nūero & fœminino genere,

אַתֶּן	uos,
שֶׁלָּכֶן	uestrum,
לָכֶן	uobis,
אֶתְכֶן	uos,
מִכֶּן &	
מִמָּכֶן	à uobis.

DECLINATIO PRO/ nominis Ille.

ILle, in masculino genere, & numero singulari, declinatur hoc pacto,

הוּא	Ille,
שֶׁלּוֹ	illius,
לוֹ	illi,
אוֹתוֹ	eum,
מִמֶּנּוּ	ab eo.

In masculino genere, & plurali numero,

הֵם & חֵמָּה	illi,
שֶׁלָּהֶם	illorum,
לָהֶם	eis,
אֹתָם & אֶתְהֶם	eos,
מֵהֶם	ab eis.

IN fœminino genere & numero singulari,

הִוא & הִיא	Illa,
שֶׁלָּהּ	illius,
לָהּ	illi,
אוֹתָהּ	eam,
מִמֶּנָּה	ab ea.

In plurali nũero & fœminino genere,

הֵן & הֵנָּה	illæ,
שֶׁלָּהֶן	illarum,
לָהֶן	illis,
אוֹתָן & אֶתְהֶן	illas,
מֵהֶן	ab illis.

Sic habes tria illa pronomina inflexa.

Varia

VARIA PRONOMINA

SVnt quoq; & alia quædam Pronomina, sed indeclinabilia apud Hebræos: nempe,

אֲשֶׁר	Qui, quæ, quod.
זֶה	Iste: Et in fœm.
זֹאת atq; זוֹ & זֹה	ista.
הַלָּזוֹ & הַלָּזֶה	Iste.
אֵלֶּה & הָאֵל	Illi, Isti:
עַצְמוֹ	Ipsemet.

DE Pronominibus affixis, iam supra mentionem fecimus.

DE ALIIS CONSIGNIficatiuis dictionibus.

INter Præpositiones multæ inueniuntur quæ perinde atque Nomina recipiunt affixa. Idem iudicium est de quibusdam Aduerbijs, quorum catalogum hic tibi subiungemus.

אֶל	AD,
אֵלַי	ad me,
אֵלֶיךָ	ad te,
אֲלֵיהֶם	ad eos.
עַל	Super,
עָלַי	ſuper me,
עָלָיו	ſuper eum,
עֲלֵיהֶם	ſuper eos.

Iſtæ duæ Præpoſitiones in affixorum ſuſceptione omnino inſequuntur formam nominum pluralis numeri maſculini generis: mutātq; cum omnibus affixis ſægol in zere, & pathah in camez: niſi cum affixis בֶּם בֶּן & חֵם חֵן ubi ſægol & pathah mutantur in hatephpathah.

עִם	Cum,
עִמִּי	mecum,
עִמָּנוּ	nobiſcum.

Cum omnibus affixis dageſſatur litera mem.

נֶגֶד	Coram,
נֶגְדִּי	coram me,
נֶגְדָּהּ	coram ea.
אֵצֶל	Iuxta,
אֶצְלִי	iuxta me,
אֶצְלְךָ	iuxta te.
בְּעַד	Per, pro,
בַּעֲדֵנוּ	pro nobis.
לְמַעַן	Propter,
לְמַעַנְכֶם	propter uos,
בַּעֲבוּר	ob,
בַּעֲבוּרָהּ	propter eam.
אַחַר	Poſt,
אַחֲרֵיהֶם	poſt eos,
אַחֲרַי	Etiam abſolutè pòſt.
זוּלַת	Præter,
זוּלָתָם	præter eos,
זוּלָתִי	præter me.

Et quandoque iod non eſt affixum.

תַּחַת	Sub,
תַּחְתֵּיהֶם	ſub: pro eis.

לְבַד	Solum
לְבַדִּי	ſolum ego.
אֵת	Cum,
אִתּוֹ	ſecum,
אִתִּי	mecum,
אִתָּם	ſecum,
אִתָּךְ	tecum.
לִפְנֵי	Ante,
לְפָנָיו	ante eum,
לִפְנֵיהֶם	ante eos,
לִפְנֵיכֶם	ante uos,
לְפָנֶיךָ	ante te.
עוֹד	Adhuc,
עוֹדֶנּוּ	adhuc ipſe.
אַיִן	Non,
אֵינִי	non ego,
אֵינָם	non ipſi,
אֵינֵינוּ	non nos.
אַיֵּה	Vbi,
אַיֶּכָּה	ubi tu: uel ſine paragoge he
אַיֶּכָּ	ubi tu.

בֵּין	Inter
בֵּינִי	inter me,
בֵּינֵיהֶם	inter eos,
בֵּינֵיכֶם	inter uos.

ET in hunc modum tu ipſe poteris ſingulis his Præpoſitiõibus & Aduerbijs adijcere etiam alia affixa. Nos ſolum per hæc uoluimus formã quandam tibi præſcribere generalẽ, quam tu imitareris. Nihil enim eſt quod te prohibere poteſt, quin Præpoſitioni אֶצֶל facile adijcere poſſis mem finale, aut nun finale, aut he fœmininam literam, aut uau: & cætera. Idem de alijs ſentiendum eſt. Sunt & aliæ multæ Præpoſitiones & Aduerbia, quæ nullum recipiunt affixum, ſicut nec Coniunctiones.

TERTIAE PARTIS Inſtitutionis linguæ Hebrææ, finis.

DE ACCENTIBVS



OCANT Hebræi accentum טַעַם Taam, quod ſonat rationem & guſtũ: habetq; quælibet dictio proprium accentum, niſi per uirgulam מַקַּף macaph ſic pictam ‒ cohæreat ad aliam dictionem: ut hic, בִּי־וְקַח tunc enim reputantur duæ dictiones pro una, & habent unum accentum.

Accentus qui ultimam dictionis ſyllabam poſſidet, uocatur Chaldaica dictione מִלְרַע milra, quod Hebraice ſic interpretari poſſet לְתַחַת

Qui uerò penultimam tenet ſyllabam, is Chaldaica uoce appellatur milel, מִלְעֵיל Hebraice uero uocari poteſt לְמַעַל quod una ſyllaba aut duabus

bus ſuperiorem in dictione habeat locum, quàm accentus milra.

PORRÒ figuræ accentuum ſunt multæ, diſtinguunturq; omnes accentus in duos ordines.

Quidam uocantur Reges, & ſunt numero quindecim.

Alij uerò uocantur Miniſtri, & ſunt numero ſeptem.

Inter Reges, quatuor aut quinque ſunt, qui ceteris in oratione potentiores ſunt, diſtinguentes ſcilicet orationem in ſententias, membra, & alias ſubdiſtinctiones.

Qui tenet finem ſententiæ uocatur סוֹף פָּסוּק ſoph paſuc, ſignaturq; his duobus punctis : præcedente perpendiculari uirgula | ſub finem literarum. Et qui ſententiam in membra diuidit, uocatur אַתְנַחְתָּא ſeu אֶתְנַחְתָּא æthnachta.

Qui

Qui uerò ſubdiſtinctiones faciunt, ſunt זָקֵף קָטוֹן &
רְבִיעַ & nonnunquam
סִפְּחָא qui & טַרְחָא

Figuræ horum trium accentuum additæ ſunt nominibus ipſis: item figura æthnachta, poſita eſt quoq; iuxta nomen ſuum.

CAETERVM nolui hic copioſior eſſe De accentibus, quum hactenus ab Elia expectauerimus proprium libellum de illis, quem quidem Romæ iam diu incœpit & fermè abſoluit: ſed in illius proxima depopulatione amiſit, & mea ſollicitatione iam denuo ſub incudem reuocauit, & iam abſoluit, feciq; per Typographos multiplicari: qui quũ peruenisſet ad manus meas, curaui ut Latinè quoq; uerſus, multis inſeruire poſſet. Is è Venetijs, anno Chriſti ſeſquimilleſimo trigeſimoſecũ

do, mihi

do, mihi ita ſcripſit, ואחר כך אראה להשלים גם בן כפר הטעמים: Dicit, Poſtea uidebo ut reſarciam librũ Accẽtuum, abſoluto ſcilicet libro לשונות המשונות qui eſt De uarijs & difficilibus uocabulis Rabbinorum, quem tunc conſcribebat.

Promiſit ergo ſe daturum librum Accentuum, promiſſioniq; ſuæ ſatisfecit: & nos pro fine huius noſtræ Inſtitutionis elementalis, uoluimus breuiter indicare quid in eo libello De accentibus ſenſerit.

Compen

COMPENDIVM ACCENTVVM HEBRAICORVM, ex Eliæ Leuitæ סֵפֶר טוּב טַעַם

per Seb. Munſterum excerptum.

NOn conuenit inter Hebræorũ grammaticos de numero accẽtuum. Quidam enim plures alij pauciores ponũt: præſertim ubi numerum regum ſignant. In figuris non admodum diſcrepant.

Ponuntur autem triginta figuræ accentuum, & hæ quidem diſtribuuntur in treis partes,

Nam

Nam quatuordecim uocãtur מְלָכִים Reges, quod ſcilicet dominium quoddam habent in oratione, retinentes ſcilicet lectorem & pauſam facientes, guſtumq; quendam afferentes lectori in ſubiecta materia & ſanum lectionis intellectum offerentes, quare & טְעָמִים ideſt guſtus, uocantur, tam hi quàm omnes alij accentus.

Sunt deinde undecim, qui מְשָׁרְתִים ideſt miniſtri uocãtur: & hi obſequuntur regibus, faciuntq; lectorem feſtinare in oratione, donec perueniat ad Regem, cui illi miniſtrant.

Tertiò inueniuntur quinque accentus, qui necq; Reges ſunt, neque Miniſtri: de quibus infrà ſuo loco dicemus.

Regum

Regum accentuum figuræ, nomina, & ſitus hic habentur: qui numerari ſolent quatuordecim.

⅄	אַתְנַח	infra literam
∽	זַרְקָא	ſupra literam
:	זָקֵף קָטֹן	ſupra literam
׀:	זָקֵף גָּדוֹל	ſupra literam
/	גֶּרֶשׁ	ſupra literam
׀׀	גְּרָשִׁים	ſupra literam
׀	תְּלִישָׁה	ſupra literam
׀	תְּבִיר	infra literam
\	טִפְחָא	infra literam
׀	רְבִיעַ	ſupra literam
<	יְתִיב	infra literam
/	פַּשְׁטָא	ſupra literam
׀	לְגַרְמֵי	inter literas
׀	פָּזֵר	ſupra literam

Miniſtro

Miniſtrorum nomina, figuræ, & ſitus: qui in numero ſunt undecim.

\	קַרְמָא	ſupra literam
s	יַרְגָּא	infra literam
⊃	מוּנַח	infra literam
Y	יָרַח בֶּן יוֹמוֹ	infra literam
⊂	מַחְפַּךְ	infra literam
ϱ	תַּרְסָא	ſupra literam
/ /	מַרְבָּא פְּשׁוּטָה	infra literas
= =	מֵרְבָּא בְּפוּלָה	infra literas
⊃	מְבַרְבֵּל	infra literam
⊃	עִלּוּי	infra literam
\	מְאַיְילָא	infra literam

Quinque poſtea accentus ſunt, qui neq; reges, neq; miniſtri appellantur. Eorũ nomina, figuræ & ſitus, hic ſunt,

ξ	שַׁלְשֶׁלֶת	ſupra literam
ϱ ϱ	קַרְנֵי פָרָה	ſupra literam
׀	פָּסִיק	inter literas
∴	סָגוֹל	ſupra literam
׀	סְלוּק	infra literam

Iſti

Isti quinq; non censentur ministri, quod pausas constituant inter literas יֵהוּא & literas בְּגַד כְּפַת instar omnium Regum, neq; tamen annumerantur regibus, quia שַׁלְשֶׁלֶת non inuenitur in Biblijs, nisi septem uicibus: atque ob id non attribuitur ei regia dignitas. Eadem ratione קַרְנֵי פָרָה non usurpat sibi regnum, quum contractum habeat imperium, quia non inuenitur nisi decem & septē uicibus.

Reges uero latissime imperant, quū millesies & ultrà inueniantur. Sic סֶגוֹל priuatur regio honore, quia non uenit nisi post zarca. Et si zarca non esset, nec sægol unquam esset. Porrò פְּסִיק ob hoc non uocatur rex, quod nūquam ueniat, nisi unus ex ministris secum statuatur: quemadmodum suo loco dicetur. Item סִילוּק eijcitur è numero regū, quod perpetuò ad unū arctetur

arctetur locum, nempe ad finem uersus seu sententiæ. Quòd si dixeris, אַתְנַח eadem ratione separandum à regibus, quum nunquam ueniat nisi in medio sententiæ: Respondeo, hunc accentum non inueniri in omnibus uersibus: quū plurimi sint pesukim, in quibus athnah non inuenitur.

Sunt tamen multi Grammatici, qui hos quinque accentus numerauerunt iuter Reges, ponentes scilicet decem & nouem Reges.

Sic Germani Iudæi ex undecim Ministris fecerūt tantum septem, qui ante Reges duntaxat ministrant, & non post eos. Tres qui è numero Ministrorum semouentur, sunt מְאַיְילָא & מְבַרְבֵּל עלוי Quartus uero מֵרְבָא בפולה is comprehenditur sub מֵרְבָא פְשׁוּטָה

Notandum præterea, quod omnes

memorati triginta accentus inueniuntur duntaxat in uigintiuno libris Biblicis. In his uero tribus libris, Iob, Psalterio,& Prouerbijs,quidam accentus mutant nomina,figuras,& tonos: idq; propter uersiculorũ breuitatem.

Quæstio,

QVid opus fuit,ut בַּעֲלֵי חִסַּעֲמִים ideſt magiſtri accentuum,poſuerint tam multos accẽtus,tot & tam uarios Reges & Miniſtros? Nónne ſatis fuiſſet,ſi ſingulis dictiõibus unius ſpeciei accentus ſuppoſitus fuiſſet:utpote ubi pauſa fuerat facienda,illic ordinatus fuiſſet unus rex,quicunq; tandem ille fuiſſet, athnah,uel zakeph,aut rebia, aut paſta, & cætera? Quid opus fuit tam multos & uarios Reges ſubordinare? Nónne ex tot Miniſtris unus quoquè potuiſſet facere ſatis? Quid opus fuit ponere nunc munah, nunc

nunc mahpach,nũc darga, & cætera?

Reſponſio.

Accentus non ponũtur tantum ad oſtendendam pauſam aut curſum orationis, ut multi putant: ſed extendit quoq; ſeſe officium illorum ad modulationem muſicam, & orationis ornatum:quum manifeſtum ſit,modulationem & ſonorum concentum etiam excitare ſpiritum,& ipſum ingeniũ acuere. Hinc eſt quòd nulla inuenitur dictio,quæ non proprium habeat accentum. Vbi notandum,quod Hiſpani & Itali non ſigillatim exprimũt cantu ſuo,niſi maiores reges:miniſtros uero fermè omnes ſub una melodia cantant. At Iudæi Germani ſingulis accentibus, tam Regibus quàm Miniſtris,ſuas peculiares tribuũt melodias.

Et hic rurſum alia oritur quæſtio. An accentus ſimul inuenti ſint cum

 punctis

punctis uocalibus, uno ſcilicet & eo dem tempore, & ab ijſdem magiſtris.

Reſponſio. Mihi uidetur, quod tam puncta uocalia, quàm accentuum characteres ſimul acceſſerint ad lite/ras, quodq; ab eiſdem inuẽti ſint Rab binis. Primum enim aduerterunt, ubi faciendus eſſet ſentẽtiæ finis, & ibi ſignauerunt duo iſta craſſa puncta : ſnbalternatim poſita. Deinde diuiſe/runt ſententiam in duas medietates commodiori modo quo id fieri potu/it, & pauſam illam ſignauerunt figura אַתְנָח Rurſum alias fecerunt mino/res ſubdiſtinctiones à capite ſententię uſq; ad athnah, & ab athnah uſq; ad finem ſententiæ, adijcientes Reges & Miniſtros ſecundum quod illis com/modum uiſum fuit: ordinẽ ſcilicet ſer/uantes in Regibus, ut unus maior & potentior eſſet altero: primum pauſan

di locum

di locum tribuentes Soph paſuch, ſe/cundum ipſi Athnah, tertium Za/keph caton: & cætera. Immo zakeph caton, plerunq; æqualem fecerunt ipſi athnah: quum nõ raro propter ipſum puncta uocalia mutentur, parua ſcili/cet in maiora: id quod in Grammati/ca quoq; oſtendimus. Vbi uero non magnæ pauſæ fuerant faciendæ, illuc ordinauerunt reges minores, reſpectũ ſemper habentes ad longiores & bre/uiores ſententias. Quando enim uer/ſus breuiſſimus fuit, non ſcripſerunt in eo athnah, ſed tiphcha tantum, & ſoph paſuc cum Miniſtris ſuis: ut

וַיְדַבֵּר יְהוָה אֶל־מֹשֶׁה לֵאמֹר׃

Vbi mercha primum, ſeruit accentui tiphcha: & alterum, ſoph paſuc. Virgu la uerò makaph, quæ adhæret dictio/ni אֶל־ non accenſetur accentibus: ut ſuo loco dicetur.

Quòd si uersus adhuc breuior fuerit, in eo inuenies scriptos mercha dun taxat & tiphcha atq; soph pasuc: ut

וּבְנֵי רֶן חֲשִׁים׃

Porrò in prolixiori sententia posuerũt athnah & duo tiphchot: unum ante athnah, & alterũ ante finem sententiæ: ut hic uides,

בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים אֵת
הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ׃

Quòd si uersus adhuc duabus aut tribus dictionibus longior fuit, posuerunt in eo zakeph, aut pasta, aut thebir cum ipsorum ministris.

Et quando uersus longissimus fuit, signauerunt in eo unum, duos aut tres maiores reges: puta pazer, zarka, thelisa gedola: & cætera. quosdam ante athnah, & quosdam post.

In summa, posuerunt Accentus secundum beneplacitum suum: atq; ob id non

id non est quærendum, quare aliquando usi sint zarka, aliquando pazer aut rebia, & similibus. Et fortassis id non fecerunt sine certa ratione, quum doctissimi fuerint, & longe superauerint intelligentiam nostram.

Notabis quoq; hic, quod in his uersibus in quibus athnah non est signatum, rarissime inuenitur unus ex regibus maioribus, sed semper habent accentum tiphcha. Exemplum habes Geneseos capite septimo,

כֹּל אֲשֶׁר נִשְׁמַת-רוּחַ חַיִּים בְּאַפָּיו
מִכֹּל אֲשֶׁר בֶּחָרָבָה מֵתוּ׃

idest, Quicquid habuit flatum & spiritum uitæ in naribus suis, quod fuit in arida, mortuum est.

De regibus, מְתֻרְגָּמִים

SVnt ex regibus quidam, qui sese peculiariter consequuntur: sunt alij quorum neuter alterũ unquam sequi-

tur. Qui ſeſe conſequuntur ſunt pazer, paſta, zarka, zakeph utrunq; thebir & legarme. Qui ſeſe non conſequuntur, ſunt gæres, geraſim, theliſa, tiphcha, rebia, athnah & ſoph paſuc. Inter eos qui ſeſe conſequuntur, quidam ſæpius repetuntur in uno & eodem uerſu, præſertim pazer: ut primi Paralipomenon decimoquinto,

זְבַרְיָהוּ בֵּן וְיַעֲזִיאֵל וְגוֹמֵר

PORRO accentus qui neq; Reges neq; Miniſtri ſunt, nunquam ſeſe conſequuntur, præter unum peſic.

Idem eſt iudicium de Miniſtris, niſi quod munah & mercha non raro ſeſe conſequuntur.

NOTANDVM etiam hic, quod omnes figuræ Regum ſignātur ſupra literas: præter quinque, quæ ſub litera pinguntur. Ratio hæc ſignatur: Athnah & ſoph paſuc plerunque mutant puncta

puncta uocalia: atque ob id ſignantur & ipſi ſub litera iuxta ipſa puncta uocalia. Tiphcha uero quoniam eſt Rex, accedens ad athnah & ad ſoph paſuc, habet & ipſe locum ſub litera. Et thebir, quandoquidem propinquus eſt ipſi tiphcha, nec unquam eſt ſine eo, ſortitus eſt quoquè ſedem ſub litera. Iethib autem quum ſemper præcedat puncta uocalia, deſignatus eſt ei locus iuxta ipſa infra literam.

Cæterum, Miniſtri omnes ſcribuntur ſub literis: præter thalſa, cadma & paſta, quæ ſupra literam ſibi uendicāt locum. Ratio hæc ſignatur: Thalſa, in figura nullum habet diſcrimen à theliſa: & ideo ſicut theliſa ſupra literam ſcribitur, ſic quoquè thalſa, niſi quod Rex tenet initium dictionis, & Miniſter finem. Cadma uero & paſta, quoniam uirgulæ ſunt à dextra ad ſiniſtrā aſcen

aſcendentes,conformitatem habentes cum tiphcha quæ infra literam ſcribitur,neceſſario ſupra literam ueniũt ſcribendæ: alioquin ſi infra ſcriberentur, nulla eſſet differentia inter eas & uirgulam tiphcha.

Reſtant adhuc duo accentus, peſic & legarme: & hi dicuntur fratres eſſe, ſcribunturq; neque ſupra neque infra literam, ſed ponuntur inter duas dictiones.

De poteſtate regum.

DOcetur in Grammatica, decem & nouem Reges unam & eandem habere pauſandi rationem inter literas יְהוּא & בְּגַד כְּפַת Sed quantum attinet ad rationem diſtinguendi ſentẽtiam,differunt inter ſe:quum gradus inter eos ſint, & ſummum locum teneat ſoph paſuc,ſecundum athnah, tertium zakeph, quartũ thebir, quintum

tum tiphcha:deinde zarka, pazer,karne para:& cætera.

Notabis etiam hic, nullum eſſe regem qui non habeat unum aut plures miniſtros:exceptis tribus regibus,qui nullum unquam habent Miniſtrũ: & hi ſunt,zakeph gadol,iethib,& ſchalſchælet. Alij quoq; Reges ueniunt aliquando abſq; Miniſtris,præſertim quando ſcribuntur ab initio ſententiæ aut poſt athnah: ſed in alijs locis non carent Miniſtris: ſicut rurſum nullus unquam inuenitur Miniſter ſine Rege: nec Rex ullus mutatur in Miniſtrum, & econtra: niſi quod munah quum uenerit ante legarme,tranſmutatur in Regem. Et ſchalſchælet aliquando eſt Rex,aliquando Miniſter: ſicut ſuis locis dicetur.

Notandum quoq;,quod interdum unus Rex bis uenit in una dictione:

præſer

præsertim zarka,pasta,& sægol:idem iudicium est de thalsa ministro. Hi enim accentus quum ultimam dictionis exigant syllabam,dictio autẽ ipsa sit millel:hoc est,requirat accentum in penultima:necessario uenit accentus in duobus signandus locis.

SVNT etiam quatuor Reges,qui semper exigunt post se quatuor alios Reges. Nam post zarka,uenit sægol: post thebir,tiphcha: similiter post zakeph gadol,tiphcha:& post tiphcha, athnah aut soph pasuc. Sic Minister thelisa, non patitur secum,nisi Ministrum unum : & mercha geminatum, nunquam ministrat,nisi ipsum præcedat darga. Item,quidam Ministri non seruiunt, nisi uni Regi: ut mahpach ministrat ipsi pasta,& iætah beniomo ministrat karne para. Sunt deinde duo Ministri, quorum quilibet

bet non seruit, nisi duobus Regibus: nempe darga,qui seruit thebir & rebia, & mercha seruit tiphcha atque soph pasuc. Cadma uero seruit tribus Regibus & quatuor Ministris.

DE FIGVRIS accentuum.

HIC primum ostendam, quales figuras habeant Ministri, illi enim præcedunt Reges.

Figura מוּנַח

Munah,est instar literæ nun:uocatúrq; alio nomine שׁוֹפָר יָשָׁר cornu rectum, aut שׁוֹפָר הוֹלֵךְ cornu procedens:seruitq; frequentius,quàm omnes alij Ministri. Seruit autem omnibus Regibus,præterquàm his tribus, soph pasuc,tiphcha,schalschælet. Nec est ullus Minister, qui frequentius in una sententia repetatur,quàm iste munah. Seruit & omnibus alijs Ministris

ſtris, his exceptis cadma & mercha.

Figura עלוי

Ilui, non differt à munah: uocaturq́ tunc ilui, quando præcedit accentum athnah, aut accentum zarka. Similiter quando uenit ante zakeph, & ſcribitur ſub litera ſecunda, uocatur ilui: ut טַפְּכֶם נְשֵׁיכֶם

Figura מְכַרְבֵּל

Mecharbel, eſt eadem cum munah: uocaturq́ tunc mecharbel, quando præcedit accentum zakeph, & ſcribitur ſub litera prima: ut מִי־גוֹי גָּדוֹל Deuteronomij quarto: & רֶגַע אֲרַבֵּר Ieremiæ decimooctauo.

Figura מַהְפַּךְ

Mahpach, eſt quaſi caph inuerſum: quidam tamen ſignant ipſum, ut nun inuerſum: uocantq́ eum שׁוֹפָר הַפּוּךְ Et non ſeruit niſi accentui paſta: ut וַיֹּאמֶר יְיָ אֶל־מֹשֶׁה

Figura

Figura דַּרְגָּא

Darga, conformis eſt aſcenſui ſcalæ: uocaturq́ à quibuſdā שׁוֹפַר גַּלְגַּל Seruitq́ Regibus thebir & rebia, & Miniſtris cadma atque munah: ut בָּרַע שָׁבַב בָּאֲרִי & cætera.

Figura תְּלִישָׁא קְטַנָּה

Teliſcha ketanna, eſt inſtar clypei caudati: unde & à nonnullis uocatur תַּלְשָׁא atq́ תַּרְסָא Et non miniſtrat niſi accentui azla ſiue gæres, quando ſcilicet poſt ipſum uenit cadma. Veniunt autē in quatuor locis poſt ipſum cadma & azla in una dictione: ut וַיְהִי כָל־הַנּוֹפְלִים Iehoſuah octauo. Veniunt quoquè duo theliſoth in dictione una: ut Geneſeos trigeſimoſeptimo, וַיָּקוּמוּ

Figura קַדְמָא

Cadma, eſt uirgula una in medio dictionis, à dextra ad ſiniſtram aſcendens

dens: quam quidam uocant (& rectè quidem) אַזְלָא quia pergit ut miniſtret. Germani uero Iudæi uocant azla regem, quem alij appellant גְּרֵשׁ uel טְרֵס Seruit autē cadma, his quatuor Miniſtris, mahpah, darga, munah, mercha: & tribus his Regibus, zarka, azla, thebir.

Figura מֵירְכָא

Mercha, quæ magis מַאַרְכָא fuerat appellanda, ſed quieſcit aleph litera in zere: ab alijs uocatur מֵאֲרִיךְ quæ uox communis eſt huic Miniſtro & uirgulæ מְתֶג ſiue גַּעְיָא Et eſt mercha, uirgula ſub litera, deſcendens à dextra ad ſiniſtram: reſpondetq; concentus eius nomini ſuo, quia uocem habet ſimplicem & extenſam. Miniſtrat autem duobus his Regibus, tiphcha & ſoph paſuc: ut

אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ׃

Miniſtrat

Miniſtrat & interdum regi zarka. Et quando miniſtrat regi tiphcha, duplicatur nonnūquam mercha: uocaturq; tunc מֵירְכָא כְּפוּלָה ab alijs autem תְּרֵין הוֹטְרִין ideſt, gemina uirgula.

Figura יָרֵחַ בֵּן יוֹמוֹ

Iæra ben iomo, eſt ſimilis lunæ unius diei: hoc eſt, lunæ cornutæ: quam alij uocant גַּלְגַּל & non miniſtrat niſi karne para.

Figura מְאַיְלָא

Meaiela, non differt à figura tiphcha: neque unquam uenit unica in dictione, niſi ſequatur athnah, ſoph paſuc aut tiphcha, intercedēte uoce una: ut וַיֵּצֵא גָּם Geneſeos octauo. Venit quoquè decem & octo uicibus inter cadma & zarca.

Hactenus de figuris
Miniſtrorum.

De figuris Regum accentuum.

Primò de figura זַרְקָא

Figura הַזַּרְקָא quam hic supra literam ק uides signatam, nunquam uenit sine Ministro, nisi quum obtinet principium uersus, aut mox sequitur accentum athnah uel rebia. Habet autem quatuor Ministros, munah, ilui, thelisa atque cadma. Inuenitur quoq; (sed raro) ei seruire mercha: ut

בִּי־תִשָּׂא אֶת רֹאשׁ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל

Item quando ipsum præcesserint duo munah, alterum uocatur ilui. Venit quoq; aliquoties meaiela inter azla & zarca: ut Geneseos trigesimo,

וַיָּבֹא יַעֲקֹב מִן־הַשָּׂרֶה

Item duo zarca super una dictione: ut בְּטֶרֶם primi Regum secundo.

Figura רְבִיעַ

Rebiha, est punctus unus supra

literæ medium. Holem uerò signatur in angulo literæ: deinde rebia quoquè debet esse crassior punctus, quàm holem. Habet autem duos ministros, munah & darga. Ministrat etiam ei munah quinquies in eadem dictione: ut habes in quadragesimoquinto capite Geneseos תֵּעָצְבוּ

Figura פַּשְׁטָא

Pasta, est uirgula obliquè consurgens in ultima dictiōis litera: habetq; quinque ministros, inter quos præcipui sunt mahpach & mercha. Reliqui sunt munah, cadma, thelisa. Veniunt etiam aliquando duo pasta in una dictione, quādo illa scilicet est millel: hoc est, quando exigit accentum in penultima: ut הַבֶּסֶת

Figura יְתִיב

Iethib, est conformis figuræ mahpach, nisi quod est minor: & non scri-

bitur, nisi in initio paruarũ dictionum, idest monosyllabarum, aut quæ sunt millel: & ideo à quibusdam uocatur שׁוֹפֵר מוּסָרָם idest, cornu præfixum. Seruit autem accentui pasta. Venit aliquãdo etiam post ipsum rex zakeph.

Figura זָקֵ֫ת קָטָן

Zakeph caton, duo punctula sunt supra literam: habetq́ peculiarem ministrum munah, licèt non semper. Veniunt etiam interdum duo zakeph sine intermedio ministro: sicut etiã post pasta nullum habet ministrum. Nonnunquam mediat munah inter duos zakeph. Porrò quando munah ante zakeph uocetur ilui uel mecharbel, suprà indicauimus, ubi Ministrorum figuras & officia conscripsimus. Item quãdo regem zakeph præcedunt duo munah, primum uocatur mecharbel, & secundum ilui. Aliquando quum dictio

ctio aliqua habet tria uocalia, signatur in ea zakeph sine ministro, & ad initium dictionis ponitur uirgula in hũc modum, וְהַ֫כּתֵן וְהַ֫בָּשָׂר

Idem fit, quando duæ dictiones per macaph cohærent: ut אַבְנֵי־שֹׁהַם

Et quidam uocant hanc uirgulam מַזֶּה asserẽtes illam poni loco מֶתֶג quæ in omni dictione signari debebat, quæ habet tres uoces coniunctas: sicut & munah atque zakeph aliquando ueniunt in una & eadem dictione loco uirgulæ mæthæg: ut הֶאֲנָשִׁים & בָּאָשָׁם & וְאַבְרָהָם & cætera.

Figura זָקֵ֫ת גָּרוֹל

Zakeph gadol, habet erectam uirgulam, & duo punctula ad dextram subalternatim adiuncta: nec habet ministrũ, sed semper sequitur post ipsum accentus tiphcha. Venit etiam quandoq́ zakeph caton inter hunc accen

tum & tiphcha. Venit & iethib aliquando post zakeph magnum. Item thebir quādoq; ponitur inter zakeph magnum & tiphcha. Regula.

Post zakeph magnum perpetuo uenit unus ex maioribus accentibus.

Figura תְּבִיר

Thebir, est uirgula curua habens in medio punctum paruum: ministratq; ei darga, non tamen ubiq;, sed quādo intersunt duo uocalia: ut וַיָּלֶן הָעַם

Extra hunc casum ministrat ei mercha: ut וַיָּבֹא מֹשֶׁה

Inueniuntur tamen quindecim loca, ubi inter darga & thebir solum unus inuenitur punctus uocalis.

Figura טִפְחָא

Tiphcha, quam alij טַרְחָא uocant, est uirgula una obliquè descendens uersus dextram: habetq; ministrum mercha, exceptis quatuordecim locis, ubi

ubi mercha geminatum ei ministrat. Inueniūtur etiam octo loca, in quibus mercha ministrat regi tiphcha in eadem dictione. Autores Masoreth uocant ipsum מְאַיְלָא Quod si extra hos casus inueneris hāc uirgulam, noueris eam esse מֶתֶג & non mercha.

Notabis etiam, nullum unquam inueniri pasuc, seu Biblicum uersum, in quo non inuenitur tiphcha. Post tiphcha uenit athnah aut soph pasuc. Item in quocunq; uersu inuenitur athnah, ibi inueniuntur duo tiphcha, unū ante athnah & alterū ante soph pasuc. Et si inter athnah & soph pasuc nullus uenerit accentus, satisfacit tiphcha quod athnah præcedit, pro utroq; : ut

בַּאֲשֶׁר בַּתְּחִלָּה וְאִיקָץ׃

Geneseos quadragesimoprimo,

Figura אַתְנַח

Athnah, habet ferè similitudinem

 literæ

literæ teth inuersæ: ministratq́ ei accentus minah ilui. In undecim locis ministrat ei מְאַיְלָא Notandum etiam hic, accentum athnah semper obtinere medium sententiæ, ubi scilicet pausa fuerit facienda, siue id fuerit prope siue longe à capite uersus, immo aliquando cadit in primam dictionem: ut

וַיִּסָּעוּ וַיְהִי חִתַּת הָאֱלֹהִים

Genesis trigesimoquarto. Et tunc uocatur סַחֲפָא uel חֲסָפָא Ratio nominis ignoratur. Porrò in breuioribus uersibus loco athnah ponitur accentus tiphcha.

Figura פָּזֵר

Pazer, est fermè conformis zade finali: & non habet ministrum alium, quàm munah simplex, aut geminatũ, aut implicatũ. Sed quãdo uenit ab initio sententiæ, aut mox post athnach, tunc nullum habet Ministrum. Scribuntur

buntur etiam nonnunquam duo, tria, quatuor aut quinq́ pazer, unum mox post alterum, sine alio intermedio accentu. Post pazer uero communiter sequitur thalsa, & post thalsa cadma. Sequitur quoquè nonnunquam thelisa magnum, & aliquando (etiam si raro) gerasim.

Figura תְּלִישָׁא גְּדוֹלָה

Telischa gedola, non differt à figura thelischa minoris, nisi quod Minister scribitur à fine dictionis, Rex autem scribitur ab initio: habetq́ Ministrum munah, aliquando unum, aliquando duos, tres, quatuor, quinque, aut sex. Nunquam est sine ministro, nisi quum ponitur à capite uersus aut post athnah aut post pazer. Inuenitur etiam semel thelisa geminatum in duabus dictionibus, quarti Regum decimoquarto.

Figura

Figura טֶרֶס אוֹ גֶּרֶשׁ

Tæres siue gæres, est uirgula in medio dictionis ad dextrum latus consurgens, quam quidam uocant אַזְלָא Suprà etiam ostendimus, quando ante גֶּרֶשׁ uenit minister, ille uocatur cadma: & accentum illum gæres, Germani Iudæi uocant azla: ut

וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים לְנֹחַ

Quando uero accẽtum azla non prædit cadma, tunc azla uocatur gæres. Famulatur huic accentui aliquãdo munah: ut הֵן חֵנָה Numeri trigesimoprimo: quando scilicet minister signatur in prima litera. Sin fuerit in secunda litera, erit cadma: ut וַיִּסַּח תֶּרַח Porro quando duo Ministri præcedunt, primus semper est thalsa, & secundus cadma uel azla. Est etiam aliquãdo cadma & azla in dictione una: ut וְהָסִירוֹתַי & וְסָלַחְתִּי

Gemina

Geminatur quoq; interdum iste accẽtus, & ex גֶּרֶשׁ fit גְּרָשִׁים ut

וַיֹּאמְרוּ אִישׁ אֶל רֵעֵהוּ

Regula. Minister peculiaris ipsius azla, est cadma: & si accentum cadma præcesserit minister alius, hic erit munah simplex, geminatum uel etiam triplicatum. Exemplum habes Ieremiæ octauo capite.

Figura גְּרָשִׁים

Geraschim, quam alij uocant terasim טְרָסִים habet plerunq; pro ministro munah: ut הֵן גְּבִיר Genesis uigesimoseptimo: & שָׁמָה קָבְרוּ Genesis quinquagesimo.

Figura לְגַרְמֵי

Legarme, est uirgula consurgens inter duas dictiones, instar הַפְסִיק non quod uirgula illa sit accentus, quũ non cadat supra aut infra literam: sed munah quod eam præcedit, illud ministrat

niſtrat: & uirgula ipſa, ſignum eſt munah ſupplere regium officium: unde & לְגַרְמֵי uocatur, quod interpretatur ſolus: quoniam omnia alia, munahim miniſtrant, & ſolum illud quod mox præcedit uirgulam legarme, regio fungitur honore. Sequitur etiam plerũq; poſt legarme, munah aliud: & poſt munah, rebia: niſi quum legarme obtinet initium uerſiculi, tunc illico ſequitur rebia: ut Geneſeos tertio,

וְאֵיבָה ׀ אָשִׁית

Inueniuntur præterea undecim loca, ubi poſt legarme ſequitur azla cum cadma. In ſumma, non ueniunt poſt legarme, niſi hi quatuor accentus: rebia, azla, paſta, & pazer. Ei autem miniſtrant duo hi accentus, munah & mercha.

Hactenus De regibus.

Figuræ

Figuræ & officia quinque accentuum, qui neq; Reges ſunt neque miniſtri.

Figura פְּסִיק ׀

PEſic, conformis eſt legarme: uenitq́; ſolum inter miniſtrum & regem, nempe inter mahpach & paſta, inter darga & thebir, inter mercha & tiphcha, inter munah & athnah, inter munah & pazer. Inuenitur etiam peſic poſt peſic: ut Iudicum duodecimo,

מַדּוּעַ ׀ עָבַרְתָּ ׀ לְהִלָּחֵם

ideſt, Quare tranſiſti ad pugnãdum?

Figura סֶגּוֹל

Sægol, quam alij uocant סֶגּוֹלְתָא conformis eſt puncto uocali ſægol, niſi quod inuerſe ponitur ſupra literam. Et uenit ſemper poſt accentum zarca, excepto uno loco Iſaiæ quadrageſimo quinto. Venit etiam plerunq; abſque miniſtro

ministro. Et quum habet ministrum, seruit ei munah.

Figura סַרְנֵי פָרָה

Figura הַסַּרְנֵי פָרָה est talis ut hic uides pictam supra literam ס Quidam tamen signant ipsam instar cornuum uaccæ, taliter ꝯ Significat enim carne para, cornua uaccæ. Inuenitur autem decem & septem uicibus in sacra Biblia, & ministrat ei יָרַח בֵּן יוֹמוֹ unà cum munah. Exempla habes Numeri trigesimoquarto, & Esther septimo.

Figura שַׁלְשֶׁלֶת

Schalschæleth, sic pingitur ξ respondens uoci suæ, quia instar catenæ est: & non habet ministrum, propterea quod nunquam uenit nisi à capite uersus: habetq́ semper post se pesic. In uniuersa autem Biblia non inuenitur nisi septies: nempe Genesis trigesimonono, Leuitici quinto, & cætera.

Figura

Figura סִלּוּק

Siluc, est soph pasuc. Et hic multi errant, putantes duo puncta quæ in fine sententię subalternatim ponuntur, esse accentum soph pasuc: quum potius signum quoddam sint fini sententiæ adiectum. Accentus uero soph pasuc, qui etiam siluc uocatur, est uirgula recta, scripta sub litera: seruitq́ ei mercha, & in quinq́ locis uenit meaiela in eadem dictione. Exempla habes Leuitici uigesimoprimo, Isaiæ octauo, Hoseæ undecimo, & cætera.

NOTANDVM quoq́ hic, quòd nullus uersus in scriptura inuenitur, in quo simul omnes duodecim Reges inueniantur: sed secũdi Paralipomenon uigesimoquarto, scribitur unus uersiculus, in quo decem signantur Reges in uno pasuc: & est iste,

וַיִּסְבּוֹץ אֶת הַבַּתֵּנִים וְגוֹמֵר

In quo

In quo uersiculo hi duo Reges desunt יְתִים & thebir: alij omnes inueniuntur in eo. At secundum illos, qui nouemdecim ponunt Reges, deerunt adhuc alij quidam, nempe schalschæleth, gæres, gerasim, zakeph gadol, thelisa gedola & pesic. Scribitur etiam quarti Regum primo uersus unus, in quo omnes nouemdecim reges signantur, præter pazer caton & pazer gadol, atque schalschæleth: nam complectitur sedecim reges & omnes ministros, præter istos duos, darga & galgal. Incipit autem sic,

וַיֹּאמְרוּ אֵלָיו לְבֶן שִׁוֹבָו

Vide ibi si libet.

QVID PER VOCABVLA מִלְעֵיל & מִלְרַע in hoc opusculo intelligatur.

EXplicuimus hactenus omnium accentuum figuras, & discrimina quæ

quæ inter reges & ministros sunt, iam ostendam quem locum sibi uendicent in dictione, quando ponendi sint à capite uel calce dictionis aut in medio.

Notandum ergo, quod omnes dictiones, quantum attinet ad accẽtuum rationem, diuiduntur in duas partes: quædam enim sunt מִלְרַע hoc est, habent accẽtum in ultima: aliæ uero sunt מִלְעֵיל hoc est, habent accẽtum in penultima aut antepenultima.

Item quædam sunt milra, & tamen ob facilem mutationem fiunt millel. Sunt autem duæ species earum dictionum quæ sunt millel. Prima est, quando accentus signatur in prima dictionis litera. Altera, quando signatur in medio dictionis. Quando uero accentus residet apud ultimum dictionis uocale, erit milra. In uerbis, facilis est mutatio sedis accentus: idq; propter

tres causas: nempe, propter סִירוּב accessum dictionis, פִּיסוּק pausam, & הִיפּוּךְ conuersionem.

Propter accessum dictionis: ut קָרָא uocauit, cum milra. At hic קָרָא לַיְלָה cogit millel in לַיְלָה uerbum קָרָא esse quoq; millel. Requiruntur tamen hic treis conditiones: nempe, quod dictio posterior sit millel, & accentus sit sub uel supra literã primam, & non secundam: id quod ex his exemplis aduertere potes, יָקוּם milra, יָקוּם אִישׁ millel, יָקוּם אוֹרֵחוּ milra: Iob uigesimoquinto. Secunda conditio, quod accentus qui est in dictione prima, sit minister, & non rex: ut שָׁמַע עֶבֶר Geneseos uigesimoquarto. Vbi licet עֶבֶר sit millel, tamen non cogit שָׁמַע esse millel. Tertia conditio, quod prima dictio non habeat dages forte: ut בִּבַּר לֶחֶם Item in participio præsenti pluralis

ralis, אֹכְלֵי לֶחֶם Et in paul fœminini generis, quum uenit in regimine, וַעֲצוּבַת רוּחַ

Secundo, פִּיסוּק uariat accentum. Grammatici uocant hunc modum, הִפְסֵק Et habet potissimum locum in athnah & soph pasuc, atq; alijs pausantibus accentibus: ut sunt zakeph, rebia, thebir, & tiphcha: qui interdum mutant & uocalia & accentus, præsertim millel in milra. Vbi sciendum, quod accentus nunquam uenit in litera quæ signatur pũcto scheua: nisi sub pausa, scheua mutetur in camez, zere aut holem, & tunc accentus milra commutatur in millel: ut שָׁמְרוּ & שָׁמָרוּ Sic רִבְּרוּ & רִבֵּרוּ

Tertio, הִפּוּךְ mutat sedem accentus, quando scilicet uau pathatum mutat futurum in præteritum: tunc enim ex milra fit millel: quod intelligẽdum

est de uerbis tertij,quarti,quinti & sexti ordinis:in perfectis autem hæc regula non habet locum. Regula,

Omnia futura,in quibus inueniuntur duo uocalia coniuncta in fine absque scheua & absque intermedio puncto dages,& post uocem ultimam sequitur quies explicitè uel implicitè,à fronte autem accedit uau hippuch, erit dictio illa millel.

Ex qua regula patet,futura kal non mutari in millel:quia habēt scheua inter uocalia, & in defectiuis in pe nun est dages: ideo non mutātur in millel. In alijs uero ordinibus,ubi non est dages uel scheua,fit mutatio milra in millel:exemplum, יֹאבַל & cum uau hippuch וַיֹּאבַל Sic à יֹאמַר dicimus וַיֹּאמֶר at in pausa dicitur וַיֹּאמֶר cum milra. Sic à יֵרֵד fit וַיֵּרֶד Excipitur וַיֵּצֵא quod est milra:idq; propter quietem

tem aleph. Itē à יָקוּם in futuro,cum uau hippuch וַיָּקָם & in hiphil וַיָּקֶם & in duplicatis וַיָּגֶל Item in quiescentibus in tertia he, וַיִּבֶן וַיִּצַר Et sine uau, יַעַשׂ תֵּמָן Regula,

Omne futurum quod habet duo uocalia,quorum alterum est sægol,aut pathah loco sægol,est millel.

De uirgula גַּעְיָא ideſt mugitus,quæ & מְתֶג ideſt retinaculum uocatur.

EST & alia uirgula, quæ rectè sub litera scribitur:quæ non est accentus,sed uocatur à quibusdam מַאֲרִיךְ productionis nota: ab alijs רְסֶן frenum,& ab alijs מְתֶג retinaculum seu postomis , quæ ori equi imponitur, quaq; equus ducitur atq; dirigitur in suo gressu:sic ista uirgula moderatur lectionem,ne tumultuariè sed tardè & distinctè atq; cum gratia exprimatur.

Additur autem dictionibus ab initio ante accentũ, aut in medio dictionum, ſed nũquam iuxta ultimum uocale inuenitur. Diſtinguitur proinde uirgula iſta in ſex ſpecies.

Prima habet מִתְגֵי הַמְּלָכִים ideſt retinacula regalium uocalium, quãdo ſcilicet in dictione aliqua inueniuntur tria regalia uocalia ſine intermedio ſcheua aut dages, & accentus ſignatur iuxta ultimũ regium uocale, tunc uox prima habet retinaculũ: ut אָנֹכִי אֵלִיָּה Vocalia regalia ſunt quinq; uoces magnæ, & duæ paruæ, ſægol ſcilicet & pathah. Iuxta alias uoces paruas non uenit retinaculum, quod plerunque poſt illas ueniat aut dages aut ſcheua: unde iſtæ & ſimiles dictiones, אַבְרָהָם יִשְׂרָאֵל זִבָּרוֹן nunquam recipiunt retinaculum. Scheua tamen poſt ſecundum regem non impedit: ut יֶחֶרְדוּ

וְשָׁאַלְתָּ Idem eſt iudicium, quando uenit rex poſt accẽtum tertio regi adiectum: ut יַחַרְגוּנִי בְּרַכְתָּנִי חָרָסִיעַ Aut ſi tribus regibus à fronte acceſſerint uocalia impertinentia retinaculo: ut וַחֲמִישִׁיתוֹ וְהִתְנַחַלְתֶּם Aut ſi à fronte acceſſerit rex alius ad tres reges, ut הֶאָנֹכִי Quod ſi dages aut ſcheua uenerit poſt regem tertium, habet retinaculum locum ſub quarto rege: ut וְאִוָּתֵר חָרְמוֹנִים הַחַרְטֻמִּים Vertitur etiam aliquando retinaculum in accentum miniſtrum, & tunc ueniunt miniſter & rex in una & eadem dictione: ſed quod nũquam fit, niſi quando rex fuerit zakeph paruum, tunc uertitur retinaculum in munah: ut בָּאָשָׁם וְהָעֵצִים Item quando cadma & azla ueniunt in una dictione, retinaculum mutatur in cadma: ut וַיֵּצְאוּ וַחֲבִיאוֹתִים Hæc de prima ſpecie retinaculorum.

Secunda ſpecies habet retinacula הַתְּנוּעוֹת uocalium. Et hic notandum, quod ſcheua fit mobile poſt uocalia magna, præceditq́ ſemper ſcheua illud retinaculum: ut אָמְרוּ יְמִינְךָ שׁוֹפְטִים וַיֵּשְׁבוּ Idem eſt iudicium quãdo mutatur uox illa magna in paruam: ut גְּבֻלְךָ יְשִׂמְךָ Mutatur autem & iſtud retinaculũ in munah ante zakeph paruum, ut יָדְךָ manus tua: & in cadma ante azla, ut זְבוּרְךָ Deuteronomij decimoquinto.

Tertia ſpecies habet retinacula גְּרוֹנִיּוֹת gutturalium. Conſtat autem gutturales literas execrari ſcheua purum, ſed quum illud ſuſcipiunt, accedit ſimul uel pathah uel ſægol & ſæpe camez: & uox quæ hatephatũ punctum præcedit, ferè ſemper habet retinaculum, ſiue uox illa fuerit magna ſiue parua: ut יַעֲמֹד יֶאֱסוֹת תּוֹעֲבַת מֵאֲנוּ יַעֲבוֹר

יַעֲבוֹר Idem iudicium eſt de hatephpathah, quod ſcribitur ſub litera mox geminata: ut צָלְלוּ רִבְבוֹת בְּהַרְרָם Item in alia forma: ut וְזָהַב הָאָרֶץ Geneſis ſecundo, וְקָרַב לִבּוֹ Pſalmo quinquageſimooctauo.

Quarta ſpecies habet retinacula הָרָאשִׁיִּים capitalia, ut וַיְשַׁלְּחוּ Geneſis trigeſimoſeptimo, וַיְבָרְכֵהוּ וַיְדַבְּרוּ Et cum duplici ſcheua in medio dictionis, וַיִּפְתְּחוּ וַיִּשְׁמְעוּ Item duplex retinaculum inuenies in hac forma, הַנַּעֲרָה וַיַּעֲמֹד וַיַּעֲבֹר Et cum mem præpoſitione מִמַּעֲשָׂיו מִיַּעֲקֹב In quibus exẽplis poſt initialem literam ſequitur litera dageſſata, deinde litera hatephpathah. Neceſſe eſt etiam ut dictio habeat accentum regalem. Item ſub uau initiali ſurecato ſequenti accentu regali, וּבְעַמֶּךָ וּלְמוֹעֲדִים Habet quoq́ omne uerbũ hithpael

ante

ante ſcheua primũ uirgulam mætheg, quando habet accentum regalem: ut, מִשְׁתַּחֲוִים וַיִּתְיַצְּבוּ Item quando dictio aliqua habet duo uocalia abſq; ſcheua & dages, exigens accẽtum milra, ponitur q́; in regimine mediãte uirgula macaph, uenit mætheg ſub uocali priori: ut קִבְרַת־רָחֵל ideſt, ſepultura Rahelis. מֵעִם־פַּרְעֹה

Præter memorata retinacula inueniuntur & alia quædam, quæ נֵכְרִים ideſt aliena uocantur, qualia ſunt hæc, שֹׁבְבַת זֶרַע & חַסְרֵי יְהוָה & תַּרְשֵׁא הָאָרֶץ Item omne וַיְהִי־ & לִחְיוֹת יִחְיֶה & יִחְיֶה item omne mem ſcheuatum quod non eſt ſeruile, & accedit he haiedia aut he interrogationis, habet ante ſe retinaculum: ut הַמְלַמֵּד & הַמְבַסֶּה poſito retinaculo ad latus ſiniſtrum literæ he. Sed quando ſcribitur ad latus dextrum, eſt he interrogationis: ut,

הַמְבַסֶּה Poſt he haiedia ſemper ſequitur dages, at uirgula mætheg eijcit illud. Huc quoq; pertinent iſta exempla & ſimilia, בִּזְרוֹעֲךָ לִצְבָאֲךָ

Item paruæ quædam dictiones exigunt ante ſe retinaculum: ut מֵעִם לֶעָם בֶּעָם Sic מֵעַל מֵאֵת & cætera.

De גַּעְיָא ideſt mugitu.

MVgitus, eſt uirgula mętheg, quę uenit iuxta ſcheua: ubi lector aliquantulum retinet uocem ſuam. Vbi notandum lectionem talis ſcheua fieri tripliciter. Quando enim poſt ſcheua illud ſequitur una gutturalium, prolatio eius declinat ad uocale quod habet litera gutturalis: ut תְּחִי tihi, דְּעוּ duu. Quando uero poſt ſcheua ſequitur iod, migrat ſcheua in hirec: וְיֵרְעוּ uijedeu, בְּיַד מֹשֶׁה bijad Moſche. Ante alias uero literas prolatio ſcheua

uergit in pathah: ut שְׁלֹמִים ſchalemim, לָבָב lafaf. Regula,

Omne mugiens ſcheua quod in Bibliſ inuenitur, profertur inſtar pathah: niſi quũ uenerit poſt ipſum una gutturalium uel litera iod, tunc tenet normã illam, quam iam ſignauimus.

De uirgula macaph.

HAEC uirgula ſupernè connectit duas dictiones, uocaturq; מַסַּק quaſi סִיבּוּב quia ſic contrahit duas dictiones, ut ille legãtur quaſi una eſſent: unde & à quibuſdam uocatur סְמִיךְ ſubiunctio. Subiungitur autem plerunque dictionibus paruis: ut ſunt,

גַּם אַךְ רַק אִם עַל אֶל

& ſimiles, in hunc modum

גַּם־אִישָׁה עַל־הַשָּׁמַיִם עִם־אֱלֹהִים אַךְ־הַמַּעַם Item dictio אֵת cum ſægol habet ſemper uirgulam macaph: quando autem habet accentum, ſignatur

tur cum zere. Idem iudicium eſt de quibuſdam aliis dictionibus, ut ſunt בֵּן שֵׁם לֵב Dictio quoq; כֹּל quando habet accentum, punctatur cum holem: & ſine accentu, cum camez & macaph. Item omnes dictiones monoſyllabæ, quæ deſinunt in unam literarum אוֹ מִי בִּי לֹא זֶה יְהוּא quando præcedunt dictionem millel, habent plerunq; macaph: ut מִי־זֶה לֹא־בָאָה בִּי־נֶפֶשׁ Ante rebia uero macaph non habet locum: ut אוֹ נֶפֶשׁ

Inuenitur quoq; non raro macaph inter nomen & uerbum, inter uerbum & nomen, itemq; inter duo nomina: at inter duo uerba nũquam inuenitur. Venit autem plerunque inter duas dictiones, quarum prior eſt miſra & poſterior millel: ut מִשְׁפַּט־צֶדֶק iudicium iuſtitiæ, לִמַּד־דַּעַת docuit ſcientiam. Item hic יִשְׁמַר־דַּעַת propter

pter macaph, holem mutatur in camez hatuph. Idem iudicium est de similibus. Inuenitur etiam לַעֲשׂוֹת־לוֹ & לִבְנוֹת־לָהּ & בְּנוֹת־לוֹט in quibus exemplis, holem non mutatur in camez hatuph: cuius una ratio est, quòd tau litera non est radicalis: altera, quòd uau plenum in his exemplis scribitur. Sic post uau surec, quando non est ultima quiescens, non sequitur macaph, nisi surec mutetur in kybuz: ut נְאֻם־יְהוָה Sunt tamen ubiq; exceptiones, quas breuitatis gratia omittimus.

QVARTÆ PARTIS
Institutionis sacræ
linguæ, finis.

De abbre-

DE ABBREVIATVRIS HEBRAICIS, autore Seb. Munstero.

ABBREVIANT HEbræi Dictiones suas duplici modo.

Vno, quòd tollunt unam uel duas literas à fine dictionis, & consignant literam ultimam uirgula quadam erecta: ut,

נְקֵב	pro	נְקֵבָה
יִשְׂרָ׳	pro	יִשְׂרָאֵל
מְלָכִי׳	pro	מְלָכִים

Alio modo, quòd accipiunt solum initiales dictionum literas, & illas signant duabus uirgulis: uocantq; huiusmodi literas (integras scilicet Dictiones repræsentantes) רָאשֵׁי תֵיבוֹת idest, capita dictionum.

Et in

ET IN hunc modum generales quaſdam abbreuiaturas habent, quæ omnibus Iudæis uſque adeo ſunt in uſu, ut de his nemo facilè dubitet: qualeſ ſunt quæ ſequuntur, fermè ordine literarum alphabeti Hebraici.

חקבה	pro	חַסִיד קָדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא	ideſt Sanctus benedictus ipſe.
אבה	pro	אָמַר בָּרוּךְ הוּא	ideſt dixit benedictus ipſe
ארעה	pro	אָמַר דָּוִד עָלָיו הַשָּׁלוֹם	dixit Dauid, qui eſt in pace.
אס	pro	אָמַר הַפָּסוּק	ideſt dicit uerſus Biblicus.
אעפי	pro	אַף עַל פִּי	ideſt tametſi, licet.
אר	pro	אָמַר רַבִּי	ideſt inquit Rabbi.

גע	pro	גַּן עֵדֶן	ideſt Paradiſus.
אחב	pro	אַחַר כָּךְ	ideſt poſtea.
רזל	pro	רַבּוֹתֵינוּ זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה	Magiſtri noſtri quorum memoria ſit in benedictione.
אי	pro	אֶרֶץ יִשְׂרָאֵל	ideſt terra Iſrael.
אוח	pro	אִם יַעֲזֹר יְהוָה	ideſt ſi iuuerit deus.
אכ	pro	אִם כֵּן	ideſt ſi ſic, igitur.
אל	pro	אָמַר לוֹ	ideſt dixit ei.
אפש	pro	אֶפְשָׁר	ideſt poſſibile eſt.
אשה	pro	אָמַר שְׁלֹמֹה עָלָיו הַשָּׁלוֹם	Dixit Salomo, pax ſuper eum.

בגת pro בִּגְבוּרַת יְיָ ideſt cum dei fortitudine.

בדה pro בְּדִבְרֵי הַיָּמִים ideſt in Verbis dierum: hoc eſt, in Paralipomenon libro.

בו pro בָּשָׂר וְדָם ideſt caro & ſanguis.

במש pro בְּמִלּוֹת שׁוֹנוֹת ideſt uarijs dictionibus. Hac abbreuiatura frequentiſsimè utitur Rabbi Dauid Kimhi.

בגלה pro בָּרוּךְ נוֹתֵן לְיָעֵף כֹּחַ Benedictus qui dat laſſo uirtutem.

בי pro בְּרֵאשִׁית רַבָּה ideſt Geneſis magna. Eſt liber quidam ſic uocatus.

ואת pro וְאִם תֹּאמַר ideſt & ſi dicas.

בר pro בֵּית דִּין ideſt domus iudicij.

בת pro בֵּית הַמִּקְדָּשׁ ideſt domus ſancta: hoc eſt, templum Hieroſolymitanum. Capitur etiam pro בְּעֶזְרַת הָאֵל ideſt cum auxilio dei.

גם pro גַּם כֵּן ideſt etiam ſic.

דא pro דָּבָר אַחֵר ideſt uerbum aliud.

דמ pro דֶּרֶךְ מָשָׁל ideſt figuratiuè.

דת pro דִּבְרֵי תוֹרָה ideſt uerba legis.

חאע pro הֶחָכָם אבן עזרא ideſt ſapiens Aben Ezra.

חצל pro הַנּזְכָּר לְמַעְלָה ideſt memoratum eſt ſuprà.

עה pro עָלָיו הַשָּׁלוֹם ideſt Qui eſt in pace. Sic loquũtur de his qui piè mortui ſunt.

וגו pro וְגוֹמֵר ideſt & cætera.

וכל pro וְכֵן לוֹמַר ideſt & eſt dicendum.

וכמ pro וְיֵשׁ מְפָרְשִׁים ideſt ſunt qui exponunt.

ויתג pro וְיוֹנָתָן תִּרְגֵּם ideſt Et Ionathan interpretatus eſt.

רל pro רוֹצֶה לוֹמַר ideſt uult dicere.

ובל pro וְכֻלַּי ideſt & reliqua.

רצע pro וְצָרִיךְ עִיּוּן ideſt Opus eſt aduertentia.

זל pro זִכְרוֹנוֹ לִבְרָכָה ideſt eius memoria ſit in benedictione.

Capitur etiam pro

זה לְשׁוֹנוֹ ideſt Hæc interpretatio eius.

זצל pro זָכוֹר צְדָקָה לוֹ ideſt Memoria iuſticiæ ſit ei.

חזל pro חַכְמֵינוּ זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה ſapientes noſtri bonæ memoriæ.

יא pro יֵשׁ אוֹמְרִים ideſt ſunt qui dicunt.

Item pro

יהא אֱלֹהִים ideſt Dominus deus.

יוֹהַ pro יוֹם הַכִּפּוּרִים ideſt dies expiationum.

יוֹט pro יוֹם טוֹב ideſt dies ſolennis.

יֵשׁ pro יֵשׁ מְפָרְשִׁים ideſt ſunt qui exponunt.

יִצ pro יִשְׁמְרֵהוּ צוּרֵנוּ ideſt cuſtodiat eum creator noſter.

יָרוּם pro יָרוּם תּוֹרַת ideſt exaltetur magnificentia eius.

יִת pro יִתְעַלֶּה ideſt exaltetur.

Capitur quoq; pro יִתְבָּרַךְ ideſt qui ſit benedictus.

Item capitur pro יוֹנָתָן תִּרְגֵּם ideſt Ionathan interpretatus eſt.

יְהוָה pro יְהוָה ideſt Dominus.

כַּל pro כַּל בַּךְ ideſt à deo, tantum.

כִּי pro כִּי אִם ideſt niſi, ſed.

כֹּהֵן pro כֹּהֵן גָּדוֹל ideſt ſacerdos magnus, ſeu pontifex.

כֹּהֵא pro כֵּן הוּא אָמַר ideſt ſic ipſe dixit.

כְּלוֹמַר pro כְּלוֹמַר ideſt quaſi diceret.

כְּמוֹ pro כְּמוֹ שֶׁאָמַר ideſt ſecundum quod dixit.

כַּשׁ pro כַּל שֶׁכֵּן ideſt quanto magis.

לְשׁוֹן pro לְשׁוֹן אַחֵר ideſt expoſitio alia.

לְסֵפֶר pro לְסֵפֶר תּוֹרָה ideſt libro legis.

עא pro עִנְיָן אַחֵר ideſt
res alia, uel negocium
aliud, ſenſus alius.

ער pro עַל דֶּרֶךְ ideſt
per modum.

עה pro עָלָיו הַשָּׁלוֹם ideſt
ſuper eum pax.
Capitur quoq; pro
עִנְיָן הַזֶּה ideſt
res iſta.

עז pro עֲבוֹדָה זָרָה ideſt
idololatria.

עב pro עַד בָּאן ideſt
hucuſque.

עי pro עַל יְדֵי ideſt
per manus.

פי pro פֵּירוּשׁ ideſt
gloſſa, expoſitio.

עבל pro עַד בָּאן לְשׁוֹנוֹ ideſt
hucuſque expoſitio
eius.

לעש pro לְעֶרֶב שַׁבָּת ideſt
ad ueſperam ſabbati.

מב pro מִבַּל מָקוֹם ideſt
nihilominus, omnino.

מא pro מִשְׁקָל אַחֵר ideſt
forma alia.

מה pro מְאוֹרַת הַגּוֹלָה ideſt
lumen captiuitatis.

מושע pro מֹשֶׁה רַבֵּינוּ עָלָיו הַשָּׁלוֹם
Moſes magiſter no-
ſter, pax ſuper eum.

מת pro מַתַּן תּוֹרָה ideſt
datio legis.

נע pro נוֹחוֹ עֵרֶן ideſt
requies eius Paradi-
ſus.

נל pro נִרְאֶה לִי ideſt
uidetur mihi.

סת pro סֵפֶר תּוֹרָה ideſt
liber legis.

עמ pro עַל מִשְׁקָל ideſt ſecundum formam.

עש pro עִם שָׁלוֹם ideſt cum pace.

בא pro פֵּירוּשׁ אַחֵר ideſt expoſitio alia.

צל pro צָרִיךְ לוֹמַר ideſt neceſſe eſt dicere.

קס pro קְהִלַּת קוֹדֶשׁ ideſt congregatio ſancta.

קו pro קַל וְחוֹמֶר ideſt facile & difficile. Capiturq; pro argumento à minore ad maius.

ר pro רַבִּי ideſt Rabbi, magiſter.

רה pro רֹאשׁ הַשָּׁנָה ideſt initium anni.

רל pro רוֹצֶה לוֹמַר ideſt uult dicere.

רזל pro רַבּוֹתֵינוּ זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה Rabbini noſtri quorum memoria eſt in benedictione.

רעה pro רַבֵּינוּ עָלָיו הַשָּׁלוֹם ideſt Doctor noſter, qui eſt in pace.

רשי pro רַבִּי שְׁלֹמוֹ יַרְחִי ideſt rabbi Schlomo Iarhij.

רת pro רָאשֵׁי תֵיבוֹת ideſt capita dictionum.

SVNT & aliæ abbreuiaturæ, ſed nos communiores duntaxat annotauimus.

ELEMENTALIS INSTITVTIONIS SEB. MVNSTERI FINIS

ספר חבחור

GRAMMATICA ELIAE LEVITAE

QVAM IPSE APpellat Librum electum, per

SEBAST. MVNSTERVM

ex Hebraiſmo in Latinum olim uerſa, nunc denuo recognita & Schoſijs illuſtrata.

ELIAE LEVITAE GERMANI IN GRAMMAticam Hebræam Præfatio.

Sebastiano Munstero interprete.



ANNO A CREAtione mundi, quinquies Millesimo ducētesimo septuagesimo, excitauit dominus spiritum cuiusdam prudentis & in omni scientia periti uiri, cui perspicax erat ingenium: nempe domini Georgij (gloria eius magnificetur

tur) qui ſcrutatus uerba oblectatione plena, deſiderioq; flagrans ſingulari ad eam ſcripturam quæ rectiſſima in libris linguæ noſtræ ſanctæ habetur, me ſeruum ſuum, minimum quidem inter Grammaticos, ELIAM Leuiten natione Germanum, uocans dixit: Quid tu hic agis Elia? Surge obſecro, & æde librum aliquem, qui complectatur uerba elegantia, unde grammatica doceatur linguæ ſacræ: præſertim quum omnes Grammaticales libri, ſaltem quos me uidere cõtigit, non ſufficiant implere deſiderium meum, aut extinguere ſitim quam habeo ad huius linguæ חקרוק Nam ſunt qui plus æquo prolixi inueniuntur, multiplicantes uerba quæ arti huic nihil conducunt. Et ſunt rurſus qui adeo ſuccinctè ſcripſerunt, ut etiam omittant ea quæ maximè in hac ſcientia tractari debue

ri debuerant. Quapropter accinge (quæſo) ut uir fortis lumbos tuos, & elige tibi inter hæc duo extrema medium iter, & profer nobis arcana artis Grammaticæ Hebrææ, præſertim ea quæ ab aliis ſunt neglecta, & tamen ueluti neceſſaria tradi debuerant, & compone ex his librum unde multi erudiantur, qui ſtet in ſignum populorum, quod gentes inquirant, inueniantq; refrigerium animæ ſuæ. Factum eſt autẽ quum aures arrexiſſem uerbis illius, illaq; placuiſſent, ſurrexi ſatisfacturus deſiderio eius, & excitatus iuſſu illius cœpi cõſcribere librum iſtum, paruum quidem mole, ſed magnum qualitate. Nam complectitur regulas quaſdam ſuccinctas, utiles atq; cuiuis neceſſarias, qui cupit proficere in ſemitis ſacræ linguæ. Nec prolixus ero in his quæ ſcripta ſunt à Grammaticis

maticis ante me, quum omnes libri Grammatici illis redundent: sed principale propositum meum in ista æditione erit, scribere regulas quasdam & res huiuscemodi, in quibus nullus hominum me hactenus anteuertit. Nec tamen intermittam uerba aliqua optima quæ scripserunt ingeniosi Grammatici in uarijs librorum suorum locis, hic aliquid, modicum ibi & modicum ibi: sed ea in unum congeram, & explicabo ea, redigens in Regulas & Fundamenta, quo scilicet facilius à studiosis memoriæ commendentur.

Istud autem ubique locorum habebis pro certo signo, aliquid de corde meo explicatum aut innouatum, si inueneris figuram manus tangentis marginem exteriorem, digito ostendentis & more suo loquentis: huc respice, & noui quippiam inuenies: eritq;

eritq; hoc ueluti libri indicium & autoris sui sententia. Cæterum, temperabo mihi ab ijs, quæ minimè insequuntur normam & proprietatem Grammaticæ: uersaborq; in ijs, quæ simplicem & cõmunem tenent usum, quæq; iudicium certum præ se ferunt, puta tale uel tale. Quòd si occurrerit dictio aliqua, aut aliquæ, quæ ordinem uarient consuetum, excipianturq; à communi regula, non occupabor circa illas: potissimum si fuerint dictiones, quas Grammatici uocant Extraneas, seu compositas. De his enim iam cœpi cõponere librum paruum, in quo suam habebunt expositionem.

Hoc quoq; te scire uolo Lector, me Biblicos uersus, quos in hoc libro citaturus sum, signaturũ nomine illius libri, in quo uersus ille inuenitur: nec

hoc contentus,annotabo etiam numerum capitis in quo ſententia illa continetur,idq; iuxta ordinem quem Chriſtiani obſeruant in uigintiquatuor Biblicis libris,qui ſectiones illas lingua ſua,capitula uocant.Et certè uideo id neceſſarium eſſe,& ingentem hinc haberi commoditatem,quum ſubito cernere poſſis,in quo libro & capite certa quæque contineatur autoritas. Nam multoties id euenire uidemus,ut quiſpiam ſciat in quo Biblico libro certa quædam contineatur autoritas, & tamen aliquãdo per integrum diem,aliquando per duos dies illam quærit,fatigatq; ſe non modicum, donec inueniat ingreſſum portæ ſeu caput loci, ubi illa ſcribitur ſententia. Et uerum quidem eſt,autores מַמְסוֹרֶת hoc eſt Traditionis(qui ſcilicet Annotationes ſcripſerunt,& Collationes fecerunt Biblicarum

blicarum dictionum) iam diſtinxiſſe ſingulos quoſq; libros in certas quaſdam ſubdiuiſiones, uocantes quamlibet earum סֵדֶר hoc eſt,ordinem: & præter id quod diſtinxerunt quinque libros legales in quinquagintaduas diuiſiones, partiti quoquè ſunt eos in quoſdam ordines, aſſerentes librum Creationis habere duodecim diuiſiones & ordines quadragintatres: librũ autem Exodi, undecim diuiſiones & ordines uigintinouem. Idem ſentiendum de alijs. In hunc quoq; modum diuiſerunt reliquos Bibliorum libros in ordines: utpote librum Ioſue in triginta quatuor ordines, librũ Ieremiæ in triginta & unum ordines: & ſic de alijs, magnum taxantes iuxta magnitudinem ſuam,& paruum iuxta modulum ſuum. Hinc igitur robur uirile ſuſcipiens,miratus ſum quur non

consueuerint in Israel hoc modo signare in capite singulos ordines, per modum I II III IIII V VI VII & cætera, magistros imitantes Traditionis, qui hoc ordine libros signauerunt. Hoc quoq; notandum, Christianos distinxisse tam librum Samuelis quàm librum Regum atq; librum Paralipomenon, quenque horum in duas partes. Vnde ubicunq; inueneris signatum, Samuelis secundo: uolo per id indicare quicquid scribitur ab eo loco, Et fuit post mortem Samuelis. & sic deinceps. Quando autem inueneris, Regum secundo: intelligas ab eo loco, Et peccauit Moab. & sic consequenter. Proinde per Paralipomenon secundum, uolo indicare id quod sequitur ab eo loco, Et roboratus est Salomon.

Id initiũ est 2 Regũ apud nos. Initium 3 Regum

Porrò contextum huius libri diuisi in qua

in quatuor Orationes: quarum duæ explicant Verba, & aliæ duæ Nomina. Et rursus quamlibet Orationem subdistinxi in tredecim Radices, seu Fundamenta: idq; iuxta tredecim fundamenta legis fidei nostræ. Et ita consurgũt ex quatuor Orationibus, quinquaginta duo Fundamenta: quorum signum numerale est nomen meum, אליהו Subdistinxi insuper quodlibet Fundamentũ in minores sectiones, signauiq; illas per numerum 1 2 3 4 5 6 & cætera.

Cæterum, qualis utilitas hinc tibi sit accessura, haud puto opus fore ut id hic scribam, quod neminem latet.

Vocaui autem nomen libri istius, LIBRVM ELECTVM. Idque ob triplicem rationem. Primò, quòd is liber sit electus atque bonus, & totus similagineus absque

ullo furfure. Deinde, quod cõſcriptus ſit in fauorem ſtudioſorum iuuenum, qui uiriliter in eo ſeſe exerceant in diebus iuuentutis ſuæ atque in electiori illa ætate, beneq; ſit in nouiſſimo cordi eorum. Tertio, ut habeat cognomen rarum & diuerſum, ideo nomine Electo, cognomino ipſum.

PRAEFATIONIS
FINIS

Gramma

GRAMMATICA
ELIÆ LEVITÆ GERMANI
SEB. MVNSTERO
INTERPRETE

Vnà cum Scholijs ipſius interpretis.

ELIAS

ORATIO prima explicat & declarat ordinem atque partem uerborum, diuiditurq; in tredecim fundamenta.

MVNSTERI SCHOLION

VT nos uolumen aliquod ſecernimus in libros uel tractatus, & librum rurſum diſtinguimus in capita, capita autem in paragraphos: ita Elias hanc Grammaticam taxauit in quatuor orationes, orationem in tredecim fundamenta, & fundamentum in certa ſigna.

Elias

QVOMODO OMNIVM VERborum radices in octo secernantur parteis seu ordines, Fundamentum primum.

Elias. 1



IN primis sciẽdũ, multiplices illas radices linguę sanctæ in duplicia secerni uerba: tota uerò uerborũ congeries distinguitur in sex classeis seu ordines: & rursus quilibet ordo habet septem cõiugationes, & unaquæq; coniugatio sex tempora: quodlibet uerò tempus duo genera, quodlibet genus duos numeros: quilibet numerus tres perso

personas, & quælibet persona habet proprium atque peculiarem loquendi modum: quæ omnia nunc sigillatim explicabo.

Seb. Munsterus.

Radicem uocant Hebræi primariam aliquam & nudam ipsam dictionem, à qua per adiectionem literarum fluunt personæ, numeri, genera, nomina, & reliqua id genus discrimina.

Elias. 2

Verbum neutrum & transitiuum.

Duplicia illa uerba quæ in Hebraismo inueniuntur, sunt, פָּעַל עוֹמֵד uerbum neutrum, & פָּעַל יוֹצֵא uerbum transitiuum. Neutrum, ut חָלַךְ iuit, עָמַד stetit, יָשַׁב sedit: & alia his similia, quæ nos stantia uocamus: eo quòd operatio ipsa, seu significatio stet in persona agentis, nec foras extra ipsum prodeat. Transitiuum, ut פָּקַד uisitauit, שָׁמַר custodiuit, &

הָרַג occidit,& alia his ſimilia,quæ ob id tranſitiua uocantur,quòd operatio ſeu ſignificatio tranſeat extra perſonam agentis. Differunt autem in multis uerba neutra à tranſitiuis,quemadmodum infrà in hoc noſtro compendio declarabitur.

Sex ordines uerborum.

3 Verba quæ in ſex ordines ſeu claſſeis digeruntur,ſunt uerba perfecta, defectiua, duplicata,atque tres ſpecies quieſcentium nempe quieſcentia in prima radicali litera,quieſcentia in ſecunda litera, & quieſcentia in tertia litera. En hi ſunt ſex ordines. Sunt tamen & alij uerborũ ordines,ut quieſcentia in extremitatibus, deficientia in extremitatibus, & quadrata, hiſq; ſimilia. At omnes illi poſteriores ordines ſunt compoſiti,naſcũturq; ex iam commemoratis ſex ordinibus,ut iam infrà dicetur.

Munſte

Seb. Munſterus.

In ſeptimum ordinem reijciuntur quieſcentia in extremitatibus, ut אמח ירח Aut deficientia in prima & quieſcentia in tertia,ut נטה נבח Aut deficientia in utraque extremitate,ut eſt נָתַן dedit. Octauus autem ordo habet uerba quatuor eſſentialium literarum,ut eſt ברבל

Elias 4

Coniugationes uerò ſunt ſeptem: tres actiuæ,quas parentes uocare poſſumus:& tres paſſiuæ,quas proles appellare placuit: & una actiuapaſſiua, ſeu parens & proles,nempe quæ partim eſt agens & partim patiens, hoc eſt, retranſitiua reciprocæq; ſignificationis,ut ſuo loco declarabitur. Coniugationes actiuæ ſunt, פָּעַל leuis, פִּעֵל ſeu כִּבֵּר grauis, הִפְעִיל hiphil:Paſſiuæ uerò ſunt נִפְעַל פּוּעַל הָפְעַל ni-

phal

phal,pual,hophal. Porrò illa quæ agit & patitur, uocatur הִתְפַּעֵל hithpael.

Seb. Munsterus.

Nos commodiori uia omneis coniugationes Hebræorum redigere possumus in quaternarium: ut scilicet prima more Latinorum complectatur actiuam uocem atq; passiuam: sic secunda atq; tertia: quarta uerò sub una forma habet utranq; significationẽ, actiuam scilicet & passiuam.

Elias. 5

Sed & hoc notandum, quòd inuenitur adhuc & alia coniugatio quæ uocatur מְרוּבַּע quadrata: ut שׁוֹפֵט fuit iudicans, שׁוֹפַטְתָּ fuisti iudicans, & cætera: de qua dicemus infrà in ordine quiescentium in ain siue media radicali, oratione secunda, fundamento octauo, signo secundo. Vbi quoq; ostendam claris rationibus & æquis, quòd hæc

hæc coniugatio non debet uocari coniugatio propria & per se.

Seb. Munsterus.

Docet Elias eo loco, hanc coniugationem propriè piel esse in quarto ordine: nam quum in eo ordine media littera sit uau quiescens, quæ non est capax puncti dages, dages autem sit inscribendum, duplicatur tertia radicalis loco dages. *Modi apud Hebræos, tempora.*

Elias. 6

Sex tempora, sunt sex operationes: nempe עָבַר præteritum: בֵּינוֹנִי intermedium, ideſt participiũ præsens: פָּעוּל participium præteritum: מָקוֹר infinitiuus: צַוּוּי imperatiuus: עָתִיד futurum. Duo uerò genera sunt: זָכָר masculinum, & נְקֵבָה fœminimum. Duo numeri sunt: יָחִיד singularis, & רִבּוּי pluralis. *Masculina & fœminina uerba.*

Tres personæ sunt: uidelicet, נִבְחָ præsens:

præsens, נִסְתָּר absens, & מְדַבֵּר בַּעֲדוֹ quæ loquitur pro seipsa. Loquẽdi modus proprius & peculiaris cuiusq; personæ nascitur ex additione unius aut duarum literarum super tres literas essentiales: ut sunt literæ תְּהִימוֹן in fine personarum præteriti, & literæ אֵיתָן in capite personarum futuri.

Seb. Munsterus.

Habent uerba apud Hebræos masculinum & fœmininum genus, haud secus quàm nomina. Per loquendi modos, intellige distinctas formas personarum præteriti atque futuri.

FVNDAMENTVM SECVNdum, quomodo memoratæ octo diuisiones inter se differant.

Elias 1

NOtabis quoquè & hoc, quòd quum dixerimus in singulis ordinibus

dinibus esse septem coniugationes: id solum uerũ est in parte illa quæ complectitur uerba transitiua. Nam alia pars quæ habet neutra, non habet nisi treis coniugationes, uidelicet actiuas, quum coniugationes passiuæ, illis non sint necessariæ. Nam uerba neutra in seipsis sunt passiua: ut iam indicauimus capite seu signo secundo. Sunt tamen pauca quædam quæ inueniuntur in coniugatione niphal & hithpael: ut ab הָלַךְ iuit, habes Psalmo centesimonono בַּצֵּל בִּנְטוֹתוֹ נֶהֱלַכְתִּי idest, Quasi umbra quum ipsa declinat, per transij. Sic קוּם הִתְהַלֵּךְ בָּאָרֶץ idest, Surge, ambula, uel fac te ire in terram: Genesis decimotertio. Et alia his similia, quæ significandi habent modum, iuxta accommodationem rei.

Seb. Munsterus.

Neutra quæ sub passiua uoce interdum

terdum inueniuntur, formam habent uerborum Latinorū, quæ ſub eadem ſignificatione inueniuntur ſub actiua & paſſiua uoce: ut cœno, cœnaui, & cœnatus ſum. Sic נִצַּל euaſit, נִצַּל ereptus eſt.

Elias. 2

Et quod dicimus, unamquanque coniugationem habere ſex tempora, ſeu modos: id non intelligi debet, niſi de tribus cōiugationibus actiuis: quia alijs quatuor non competit paul, hoc eſt, participium præteritum, quum in ſeipſis includant paſſionem: immo quibuſdam earum non competit imperatiuus, quemadmodum declarabimus in ſuis quibuſque locis.

3 Quod etiam dicimus, cuilibet modo eſſe duo genera: id quidem uerum eſt pro omnibus modis, ſolo infinitiuo excepto: cui regulariter nō competit

petit genus, quia ferè ſimilis eſt nōmini, & idcirco communis eſt omnibus: uocaturq; מְקוֹר ideſt ſcaturigo ſeu fons quia ex ipſo ſcaturiūt omnes modi uerborum. Item quum dixerimus, unumquodq; genus habere duos numeros: id competit omnibus modis, præterquàm infinitiuo.

Quur infinitiuus, macor.

Seb. Munſterus.

Eſt apud Hebræos ut apud Latinos infinitiuus incertæ perſonæ, incerti numeri, atq; incerti generis. Et dicitur eſſe fons aliorum modorum, non quod formæ aliorum modorum trahantur ab eo, quum in defectiuis & quieſcentibus infinitiuus ſæpe prima deſtituatur eſſentiali: ſed quod modus ſignificandi ab ea fluat, & in diuerſa diſcriminetur tempora.

Elias. 4

Et quum rurſus dixerimus utrunq;

Personæ tantum in præterito & futuro

numerũ habere tres personas, id non habet locum nisi in præterito & futuro. Nam alij modi non habent nisi unam personam: id quod uidere licet in benoni & paul, idest utroque participio, quod habet duntaxat personam absentem. Et si quispiã eam uelit usurpare pro alijs personis, necesse est ut superaddat dictionem connotatiuam: hoc est, pronomen præsens addat uerbo præsenti, & dictionem connotatiuam seu pronomen loquens pro seipso copulet cum persona loquente pro seipsa: ut אַתָּה פּוֹקֵד tu uisitans seu uisitas, אֲנִי פּוֹקֵד ego uisitans seu uisito, אַתֶּם פּוֹקְדִים uos uisitantes seu uisitatis, אֲנַחְנוּ פּוֹקְדִים nos uisitantes seu uisitamus, אַתְּ פּוֹקֶדֶת tu mulier uisitas, אַתֶּן פּוֹקְדוֹת uos mulieres uisitatis. Idem sentiendum de paul. Imperatiuus uero non habet nisi personam

nam præsentem & in prospectu constitutam: nec possumus eo uti pro reliquis personis, quum non præcipiamus nisi præsenti.

Seb. Munsterus.

Habent solum præteritum & futurum tres distinctas formas personarum: utrunq; uero participium habet duntaxat unam formam, sed quæ per pronomina distrahitur ad tres personas. Circumloquuntur proinde Hebræi tempus præsens per participium præsens.

Elias. 5

Prima persona cõmunis generis.

Diximus præterea, quod quælibet persona habeat propriã loquendi formam: quod uniuersaliter non est uerum, sed duntaxat pro præsenti & absenti: at loquutio loquentis pro seipso est communis masculo & fœminæ. Et si dixeris, nónne loquutio absentium,

hoc eſt, tertia pluralis, etiam communis eſt maſculis & fœminis: ut eſt פָּקְדוּ uiſitauerunt, uiri uel mulieres? Reſpondemus, id non inueniri, niſi in præterito ſolum.

Seb. Munſterus.

Perſonæ ſingulares & plurales.

Pro eo quod nos dicimus, prima, ſecunda, & tertia perſona: Hebræi dicunt, loquens pro ſe, loquens ad præſentem, & loquens de abſenti. Sic in plurali, loquentes pro ſe, loquentes ad præſentem, & loquentes de abſenti.

Elias. 6

Regula. Omnis loquutio hominis diuiditur in quatuor parteis, uidelicet In ſingularem & pluralem maſculini, & in ſingularem & pluralem fœmini: habetq; quælibet earum treis loquutiones, præſentem, abſentem, & loquentem pro ſeipſa. Et ſic naſcuntur in quolibet modo, duodecim loquutiones

tiones: tres ſcilicet pro maſculino ſingulari, & tres pro maſculino plurali, tres pro ſingulari fœminini, & tres pro plurali fœminini: ſed quia in præterito tres ſunt communes pro maſculis & fœminis, ut iam explicuimus, relinquuntur in eo nouem duntaxat loquutiones.

Seb. Munſterus.

Præteritum habet primam perſonam utriuſq; numeri, & item tertiam perſonam pluralis numeri in una forma atq; communi genere: & ſic remanent tãtum ſex diſtinctæ formæ, quæ cum prioribus tribus cõmunibus nouenarium efficiunt.

Elias. 7

Sic quoquè in futuro debuerant eſſe duodecim loquutiones: ſed quia duæ perſonæ in eo communicant, nempe Loquentes pro ſeipſis, non

relinquuntur in eo niſi decem loquu/
Nota tiones. Præterea quum tertia per/
ſona pluralis fœminini,& item ſecun/
da pluralis fœminini habeant unam
formam, ut dictio תִּפְקֹרְנָה uiſita/
bunt & uiſitabitis,miniſtrat pro utra/
que perſona: illa tamen non uocatur
communis uel communicãs:idq; pro/
pter duas cauſas: Vna eſt, quod om/
nes perſonæ quæ æquales ſeu commu
nes inueniuntur,de quibus iam men/
tionem fecimus, communes ſunt ma/
ſculo & fœminæ: quod hic non eſt.
Altera,quod ſignificatio eius non eſt
eadem: quia una eſt ad abſentes, alte/
ra ad præſentes. Sic quoquè facie/
mus duas loquutiones de תִּפְקֹד
Ideoq; non poteſt uocari communis,
quum una ſignificatio ſit ad præſen/
tem uirum, & altera de abſente mu/
liere, nec interpretemur unam ut al/
teram

teram: & idcirco non uocatur com/
munis.

FVNDAMENTVM TERTIVM,
in quo explicantur tria nomina impo/
ſita tribus literis radicalibus:expla/
natur quoq; definitio uerbo/
rum perfectorum & im/
perfectorum.

Elias. 1

HVcuſq; loquuti ſumus de ordini
bus, coniugationibus & modis
earum in genere:nunc uero loquemur
de eiſdem in particulari. Ante om/
nia autem neceſſe eſt, ut ſcias quodli/
bet uerbum linguæ Hebraicæ,ſiue id
ſit de perfectis ſiue de imperfectis,ha/
bere tres literas radicales. Et iam qui/
dem conuenit inter Grammaticos, ut
exigant omnem radicem ad formam
dictionis בָּעַל uocantq; primam lite
ram cuiuſque radicis pe (quum prima
litera

בָּעַל
Lydius lapis uer/borum & nominum

litera in פָּעַל sit pe) secundam ain, tertiam uero lamed. Vnde omnes radices, in quibus deficit uel quiescit una ex tribus radicalibus literis, uocant uel defectiua in pe, uel quiescentia in pe, aut in ain aut in lamed. Porrò in Oratione secunda, fundamento sexto, capite sexto, declarabimus differentiã quæ est inter defectiua & quiescentia.

Seb. Munsterus.

Quia in lingua sancta omnes radices seu themata tribus constant radicalibus literis, facile fieri potuit apud grãmaticos, singulas singulorum thematum literas appellari literis huius radicis פעל ut in radice שמר secũdum analogiam istam uocamus Schin pe, mem ain, & res lamed: hoc est, ut in פעל pe habet primum locum, ita in שמר schin: & cætera.

Elias

Elias. 2

Memineris igitur, in omni loco ubi inueneris scriptum pepoal uel ainpoal uel lamedpoal, tam in uerbis quàm in nominibus, intelligi literam dictionis primam, literam secundam, & literam tertiam. De qua re adhuc loquemur in Formis nominum, in principio Orationis tertiæ.

5 Nota, quod omne uerbum uocatur perfectum, seu est de ordine perfectorum, in quo non est una literarum אהוי nec est nun prima radicis: quia tunc non deficit unquam una ex tribus essentialibus literis, & hæc est ratio quur uocetur perfectum. Verbum uero quod habet à principio literam radicalem nun, illud dicitur esse de ordine defectiuorũ. Nam deficit nun in imperatiuo & futuro: sicut à נָגַשׁ appropinquauit, dices גַּשׁ appropinqua

Verbum perfectũ

qua, אֶגּוֹשׁ appropinquabo, יִגּוֹשׁ appropinquabit: & cætera. Succedit autem dages in locum defectus nun: ut declarabitur in ordine suo. Proinde uerbum in quo est una ex literis אֶהָוִי dicitur esse de ordine quiescentium:& nos quidē iam declarabimus modum quietis eorum.

Seb. Munsterus.

Quando una harum literarū אהוי inuenitur in radice aliqua, uerbum illud non erit de perfectorum ordine, nisi aleph poneretur in medio radicis, & he poneretur primo aut secundo loco,& uau in medio esset consonās,aut etiam iod in medio esset mobilis,idest consonans: ut iam Elias sigillatim de illis explicabit.

Elias. 4

Quiescit aleph Aleph,quiescit in capite uel in fine uerborum: sicut ab אָבַל comedit

dit,dices אֹכַל comedam, יֹאכַל comedet, & cætera: quiescente aleph in holem. Et in fine: ut קָרָא uocauit, קָרָאתָ uocasti,& cætera. In medio autem non quiescit:ut שָׁאַג rugiuit, שָׁאַל interrogauit, & similia. Litera he non quiescit,nisi in fine uerbi: ut גָּלָה reuelauit, עָשָׂה fecit,& similia. In capite autem & medio non quiescit: ut חָרַג occidit, בָּהַל horruit, & similia. *Quiescit he litera*

Vau non quiescit nisi in medio: ut קוֹם surrexit, שׁוּב reuersus est,& similia. At in capite uel fine nunquam inuenitur uau essentiale. Iod non quiescit nisi in capite:ut à יָרַע cognouit, יָשַׁב sedit, dicimus אֵרַע sciam, יֵרַע sciet. In medio uero non inuenitur essentiale in uerbis, iuxta quorundam sententiam: & in fine nunquam uenit essentiale, iuxta omnium opinionem. *Quiescit uau* *Quiescit iod*

Seb.

Seb. Munsterus.

Quiescere dicitur litera quãdo non legitur, id quod propriũ est literarum אהוי quæ non leguntur quando non punctantur, etiam si expresse scribantur. Sæpe etiam dicuntur quiescere, quando non scribuntur, sed in uocem aliquam magnam cogũtur. Voces magnæ sunt holem, zere, camez, surec. Exempla habes in Elia.

Elias. 5

Duplicata Verbum in quo sunt duæ literæ essentiales similes in fine dictionis, dicitur esse de ordine duplicatorũ. Et pauca inueniuntur quæ duas primas literas habent simileis: & ea quidem imitantur normam perfectorũ: ut à דָּרַח dicimus אֲרַדַּח leniter incedam: Isaiæ trigesimooctauo. Et à שִׁשָּׁה Ezechielis trigesimonono, וְשִׁשִּׁיתִיךָ & sextabo se, seu in sex parteis diuidam te

te. & וְשִׁשִּׁיתָם אֶת־הָאֵיפָה idest, & sextabitis ephi: Ezechielis quadragesimosexto. Et ferè nullum aliud inuenies in uerbis, quod geminet primam literam radicalem. In nominibus uero plura inueniuntur: ut דָּרַךְ כֹּכַב processit stella: Numeri uigesimoquarto. Et מָשׁוֹחַ בַּשָּׁשַׁר colorando cum minio: Ieremiæ uigesimosecundo. Et בָּבַת עֵינוֹ pupilla oculi sui: Zachariæ primo. & similia pauca.

Seb. Munsterus.

Tantum ea uerba uocamus duplicata, quæ secundam & tertiam radicalem habent simileis. Quæ uero primã & tertiam, aut primam & secundam simileis habent, inter duplicata non ponimus. Exempla habes in Elia.

Elias. 6

Verba uerò in quibus pe & lamed sunt similia, in perfectis nec unum

unum inuenies. Et dictio יְבַלְּעוּ דָם absorbebunt sanguinem: Iob trigesimonono. non habet pro radice עָלַע quemadmodum id in libro Compositionis indicabo. Sed in radicibus imperfectis inuenitur הָיָה fuit, נָתַן dedit: & alia quædam pauca. In nominibus plura inueniuntur, præsertim cum schin: ut שֶׁמֶשׁ sol, שֹׁרֶשׁ radix, שָׁלֹשׁ tres: & alia quædam.

FVNDAMENTVM QVARTVM in quo incohatur declaratio sex modorum, qui operationes uocantur. Explicantur autem bini & bini, initio sumpto à præterito & futuro.

Elias. 1

NOueris itaq; præteritum & futurum esse fundamenta seu origines omnium modorum seu operationum, poteritq; homo per hos duos modos

modos satisfacere & loqui uice omniũ aliorum modorum. Et is quoq; usus est Bibliæ, quæ abutitur illis modis loco præsentis, infinitiui & imperatiui: quemadmodum postea dicemus. *Præteritum & futurũ, præcipui modi.*

2 Proinde literæ, quæ seruiunt præterito, significantes distinctas loquentium personas, sunt hæ, תְּהִימְנוֹן ponunturq; semper in fine. Quæ autem ministrant futuro, sunt illæ, אֵיתָן præficiunturq; capiti uerborum. Verum non opus est ut hic diu morer, indicando modum ministerij earum, quum id uidere liceat in Tabula coniugationum, quam auxiliante Deo componam in fine libri.

Seb. Munsterus.

Istæ sex literæ תהימנין radicibus subiunctæ constituunt omnes personas præteriti: tau, ut שָׁמַרְתָּ custodiuisti: he, ut שָׁמְרָה custodiuit mulier:

uau,ut שָׁמְרוּ cuſtodiuerunt: Et per compoſitionem תִּי ut שָׁמַרְתִּי cuſtodiui, תֶּם ut שְׁמַרְתֶּם cuſtodiuiſtis, תֶּן ut שְׁמַרְתֶּן cuſtodiuiſtis uos mulieres, נוּ ut שָׁמַרְנוּ cuſtodiuimus.

Elias. 3

Scias quoq;,adhuc tres eſſe literas quæ ſeruiunt in capite præteritorum & futurorũ,& ſunt ex numero earum literarum,quæ literæ עִנְיָן ideſt negocij uocantur, quarum ſignum ſeu memoriale eſt שְׁנָתָ De quibus amplius loquemur in tractatulo Officiorum. Inter has principalior eſt uau,cuius miniſterium duas habet formas: Vnum uocatur uau חִבּוּר ideſt coniunctionis,cuius conditio explicabitur in memorato tractatu. Alterũ uocatur uau תְּפוּךְ ideſt conuerſionis: nam præter id quod eſt copula, uertit præteritum in futurum,& futurum in præteritum, quem

quemadmodum declarabimus.

4 Vnde quum uolueris mutare præteritũ in futurum, pones uau in capite eius: ut à שָׁמַר cuſtodiuit, וְשָׁמַר יְהוָה ideſt,Et cuſtodiet Dominus: Deuteronomij ſeptimo. quod idem eſt ac ſi diceres וְיִשְׁמוֹר & cuſtodiet.Sic וְשָׁמְרוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל ideſt, Et cuſtodient filij Iſrael:Exodi trigeſimoprimo.quod idem eſt perinde ac ſi diceretur וְיִשְׁמְרוּ & cuſtodient.Punctatur autẽ uau illud ſemper cum ſcheua,niſi quum neceſſitas aliud exegerit punctum qũàm ſcheua,tunc enim uertitur aut in ſurec aut in pathah aut in hirec,quemadmodum declarabitur in tractatu Officiorum.

Seb.Munſterus.

Naturale punctum literæ uau coniunctiuæ,eſt ſcheua: at illud ante literas במת mutatur in ſurec, & ante li-

teras gutturales hatephatas in pathah uel sægol,& ante iod scheuatum in hirec.Et quando mutat futurum in præteritum,habet pathah loco scheua sequente dages. Ante aleph uerò literam futuri temporis, quæ non est capax dages,mutatur pathah illud in camez. De hoc uide infrà signo undecimo huius fundamenti.

Elias. 5

Quod si dixeris, In quo cognoscam an uau sit חִבּוּר ideſt coniuncti uum tantum,aut חִבּוּךְ ideſt conuersiuum? In hoc cognosces:quando non præcedit ipsum uerbum præteritum aliud,tunc est uau conuersiuū:sin præcedat aliud uerbum præteritum, tunc est uau coniunctiuū:ut מִי פָּעַל וְעָשָׂה ideſt,Quis operatus est & fecit? Isaiæ quadragesimoprimo. Sic quādo duo uau scribuntur וְקָרָא זֶה אֶל זֶה וְאָמַר ideſt

ideſt, Et clamauit iste ad istum,& dixit: Isaiæ sexto. En illa duo uau,sunt uau coniunctionis: eo quod ante illa scriptum sit, וַאֲרָאֶה אֶת יְהוָה ideſt, Et uidi Dominum . quod est uerbum præteritum:idq; propter uau camezatum , quod scribitur in capite eius, & mutat futurum in præteritum.

Seb.Munsterus.

Sensus huius loci est, quod uau scheua non semper mutat præteritum in futurum,potissimum quando in eadem sententia præcedit uerbum absolutum præteriti temporis,aut futurum tempus conuersum per uau pathah in præteritum.

Elias. 6

Quod si quæras, Nunquid יְבַסֶּה operiet, & ויעופם & uolabit: quæ sunt uerba futuri temporis, prȩcedunt iam commemorata uerba? Respondemus

mus,id moris esse scripturæ, ut ponat futurum loco præteriti,præsertim in locis ubi loquens in loquendo consueuit esse continuus, ut sunt duo superius memorata exempla. Tale quoquè est עַל פִּי יְהוָה יַחֲנוּ hoc est, Secundum uerbum Domini castrametabantur: Numeri decimo. Sic per totum istud caput,futurũ usurpatur loco præteriti. Aliud, תַּתָּרוֹס קָמֶיךָ תִּשְׁלַח חֲרוֹנֶךָ conteres insurgẽtes contra te,mittes iram tuam:Exodi decimoquinto. Sic בַּבָּה יַעֲשֶׂה אִיּוֹב ideſt,sic faciebat Iob:Iob primo capite.

7 Scias quoq; morem esse scripturæ,ut loquatur in præterito loco futuri:id quod frequẽs est in uerbis prophetícis. Nam uerbum adeo clarum est corã deo,perinde ac si iam factum esset.Sed quum recenset rem gestam, id non obseruatur.

Noue

8 Noueris quoq; dictiones seu uerba secundæ & primæ personæ singularis numeri, habere & aliud signum per quod cognosci potest uau coniunctiuum à uau cõuersiuo. Nam quando illæ personæ habent uau coniunctiuum, habent plerunque accentum מֻלְעֵיל ideſt suprà (qui scilicet penultimam occupat syllabam,) ut וְאָבַלְתִּי חַטָּאת הַיּוֹם ideſt,Et consum psi peccatum hodie: Leuitici decimo. וְרִבֵּרְתִּי עַל הַנְּבִיאִים ideſt,Et loquutus sum per prophetas:Hoseæ duodecimo. Horum iudicium non aliud est, quàm si uau non esset additum. Quando uero habent uau cõuersiuum,tunc ferè semper habent accentum מִלְרַע subtus,ideſt in ultima:ut וְשָׁמַרְתָּ אֶת־ כָּל חֻקָּיו ideſt, Et custodies omnia legitima eius: Exodi decimoquinto. וְרִבַּרְתִּי מִשְׁפָּטַי Et loquar iudicium

V 4 meum

meum:Ieremiæ primo. Et ita fit per omnes coniugationes omnium ordinum,exceptis quieſcentibus in lamed aleph uel he,quæ ſemper habent accentum in penultima cum uau & ſine uau:ut וְקָרָאתָ & clamabis, וּמָצָאתָ & inuenies, וּבָנִיתָ & ædificabis, וְאָפִיתָ & coques:ſimiliaq; eis. Dabimus autem tibi regulam unam pro omnibus nouem perſonis pręteriti,ut ſcias utrum habeant accentum in penultima uel ultima.

Quintus ordo accentũ habet in penultima.

Seb.Munſterus.

Vocabula iſta,millel & milra,Chaldaica ſunt:ſignificatq; prius,locum penultimum dictionis quem accentus occupat:& poſterius,ſyllabam ultimam: id quod Hebræi per ſupra & infra explicant. Nec refert utrum accentus ſupra literã aut ſubtus ſcribatur.De hoc habes ſuprà in tractatu De accẽtibus.

Elias

Elias 9

Vnde ſcias,quinque ex illis perſonis ſemper habere accentum מִלְרַע ideſt in ultima, cum uau & ſine uau. Sunt autem iſtæ, פָּעַר פָּקְדוּ פָּקְרָה פָּקַרְתָּם פָּקַרְתֶּן Et duæ ex eis ſemper ſunt מִלְעֵיל ideſt habent accentum in penultima cum uau & ſine uau:& ſunt פָּקַרְנוּ פָּקַרְתִּי Sunt præterea duæ ex eis,quæ abſque uau ſunt ſemper millel, & cum uau interdum ſunt millel & aliquando milra: & ſunt hæ, פָּקַרְתִּי & פָּקַרְתָּ ut ſcripſimus.Et hæc regula eſt uniuerſalis per omnes coniugationes perfectorum uerborum.

Accentus in ultima

10 Nota,quod tres ſunt perſonæ abſentes:nempe, פָּעַר פָּקְדוּ פָּקְרָה quæ proprium habẽt iudicium quando conſtruuntur cum dictione parua, uel quando coniungũtur cum dictione millel,tunc enim & ipſæ habẽt millel:ut

lel: ut קָרָא לַיְלָה ideſt, Vocauit noctem: Geneſeos primo. וְשָׁאַל לוֹ id eſt, Et rogauit eum: Numeri trigeſimo ſeptimo. וְקָרְאוּ לוֹ ideſt, Et clamauerunt ei: Deuteronomij trigeſimo quinto. בָּגְדוּ בָּהּ ideſt, Præuaricati ſunt in eam: Threnorum primo. & רוּת דָּבְקָה בָּהּ ideſt, Ruth adhæſit ei: Ruth primo. & ſimilia.

11 Nota etiam, quod in futuro eſt aliud ſignum, per quod cognoſcas uau coniunctionis à uau conuerſionis: nempe, quod uau coniũctionis habet punctum ſcheua, ut וְיִשְׁמוֹר וְתִשְׁמוֹר niſi iod fuerit ſcheuatum, tunc enim habet hirec: quẽadmodum declarabitur in tractatu Officiorum. Sed uau conuerſionis ſemper habet pathah, ut וַיֹּאמֶר & dixit, וַיְדַבֵּר & loquutus eſt: & ſimilia. Nec excipitur ab hac regula niſi aleph, quæ quũ ſit

ſit litera gutturalis, uenit uau coniunctionis iuxta eam cum pathah: ut, וַאֲבָרְכֵהוּ וְאַרְבֶּהוּ ideſt, Et benedicam ei, atq; multiplicabo eum: Iſaiæ quinquageſimoprimo. Sed uau conuerſionis uenit iuxta eam cum camez: ut, וַאֲבָרְכֵהוּ גַּם בָּרוּךְ יִהְיֶה ideſt, Et benedixi ei, etiam erit benedictus: Geneſeos uigeſimoſeptimo.

Seb. Munſterus.

Vau coniunctio in prima coniugatione mutans futurum in præteritum habet pathah ſequente dages. Idem iudicium eſt in tertia & quarta coniugatione, hoc eſt, in hiphil & hithpael. In piel uero habet pathah tantum, & nõ ſequitur dages. At uau ſcheuatum non mutat futurum tempus: & illud ſcheua in piel, mutatur in hirec ante literam iod, in pathah ante aleph, & in ſurec ante tau & nun.

Elias

Elias. 12

Sed & hoc notabis, quod in linguis gentium tres sunt species præteriti: uidelicet præteritum perfectum, præteritum imperfectum, & præteritum quod iam perfectum est: at in lingua sancta ueniunt ista tria præterita in una forma, & iuxta exigentiam rei interpretandum est unumquodq; illorum iuxta tres illas differentias.

Vnũ præteritũ apud Hebræos

13 Et ut id apertius uideas, dabimus tibi similitudinem in dictione פָּקַד quæ inuenitur in Bibliis sub memorata triplici forma: nempe, וְהוּא פָּקַד עָלַי ideſt, Et ipse uisitauerat me ad ædificandum ei domum: Ezræ primo: quod est præteritum perfectum. וַיהוָה פָּקַד אֶת שָׂרָה ideſt, Et Dominus uisitabat Saram: Geneseos uigesimoprimo: quod est præteritũ imperfectum. Nam idem est quod חָיָה פּוֹקֵד fuit

fuit uisitans. כִּי פָקַד יְהוָה אֶת־עַמּוֹ ideſt, Quia uisitauit Dominus populum suum: Ruth primo: quod est præteritum iam trãsactum. Nam idem est quod הִבִּיר פָּקַד ideſt, iam uisitauit.

14 Sic itaq; uau conuertens futurum in præteritum, mutat ipsum plerunq; in præteritum imperfectum: ut וַיֹּאמֶר & dixit, וַיְדַבֵּר & loquutus est, וַיִּקַּח & accepit, וַיִּתֵּן & dedit: quæ sunt exponenda ut חָיָה אוֹמֵר fuit dicens, siue dicebat: חָיָה מְדַבֵּר fuit loquens, siue loquebatur: חָיָה לוֹקֵחַ fuit accipiens, siue accipiebat: חָיָה נוֹתֵן fuit dans, siue dabat. Sunt tamen exceptiones in quibusdam locis, quando scilicet ipsum præcedit præteritum perfectum, tunc enim & ipsum reddendum est in præterito. Exemplum: כִּי מִצָּא אֲשֶׁר חָיָה לְךָ לְפָנַי וַיִּפְרוֹץ לָרוֹב וַיְבָרֶךְ יְהוָה אוֹתִי ideſt, quoniam modicum

dicum quod fuit tibi coram me & auctum est in multum,& benedixit Dominus mihi:Geneseos trigesimo. En hæc sunt quasi פֶּרֶץ & בֶּרַךְ propter uerbum חָיָה quod illa præcedit.

15 Verum scias,quod non est uis ulla in uau,ad mutandum futurum in præteritum quod iam transijt,nisi in paucis locis: ut וַיִּשְׁלַח יִצְחָק אֶת־יַעֲקֹב וַיֵּלֶךְ בְּרָנָה אֲרָם ideſt,Et misit Isaac Iacob & abijt in Mesopotamiam:Geneseos uigesimooctauo. quæ sunt,quasi iam misit,& iam abijt: quēadmodum exposuit Rabbi Schlomo Iarhij.

FVNDAMENTVM QVINTVM, in quo explicantur participia præsentis & præteriti temporis.

Elias. 1

SCias itaque,quod operatio seu actio quæ fit in tempore præsenti, uocatur operatio intermedia, quia est media

media inter præteritum & futurum, hoc est בֵּינוֹנִי participium præsens componitur ex præterito & futuro. Exemplum. Quando dicis, רְאוּבֵן אוֹכֵל ideſt,Ruben comedit: sensus est,quod iam cœpit comedere,& adhuc comedet. Vbi & hoc aduertendum, quod Hebraismus non habet uerbum proprium, quod significet istud tempus præsens: quia id quod nos uocamus בֵּינוֹנִי intermedium, uocatur secundum ueritatem שֵׁם הַפּוֹעֵל nomen operans,& est uerius adiectiuum quàm uerbum.

2 Est tamen differentia inter illa, quia nomen poel,siue בֵּינוֹנִי non potest uerificari nisi de homine pro tempore quādo fit ipsa operatio. Nomen autem תּוֹאַר ideſt formale, seu adiectiuum, uerificatur etiam de homine habente illam formam,pro tempore, quando

quando nullam perficit operationem. Exemplum: גּוֹנֵב furans,& גַּנָּב fur. Et quidē גּוֹנֵב dicitur de homine pro hora qua actu furatur:sed גַּנָּב est nomen formale denominans hominem qui consuetudinem habet furandi:qui etiam pro hora quando dormit uocatur fur. Et hoc est quod exposuit rabbi Schlomo Iarhĩ super hunc locum Exodi octauo, וְאִם מֵאֵן אַתָּה לְשַׁלֵּחַ ideſt,Et si renuis tu mittere: & cætera.

Seb. Munsterus.

Frequens est in Hebraismo,ut participia absoluãtur à tempore & transeant in nomina absoluta, manente eadem forma: ut שׁוֹמֵר usurpatur pro custodiente & custode, & בּוֹרֵא capitur pro creante & creatore: & sic de similibus multis. Discrimen obseruari potest per adiectum nomen. Nam si illud ponitur in genitiuo, poel est nomen

men absolutum. Sin accusatiuus sequatur,poel erit participium præsens. Accusatiuus deprehenditur ex interposito articulo אֵת sicut infrà signo sexto & septimo docetur.

Elias. 5

Sic quoquè paul,ideſt participium præteritum uocatur בֵּינוֹנִי intermediũ:quia operatio eius facta est in tempore præsenti,componiturq; ex præterito & præsenti. Exemplum. Quando dicis חַבִּית בָּנוּי domus extructa: sensus est, quod iam extructa sit,duretq; adhuc. Et hæc est differẽtia quæ est inter ipsum & inter niphal, ideſt passiuum. Nam quum dicis, חַבִּית נִבְנֵה domus extructa:possibile est domum illam iam esse dirutam aut combustam. Paul uero habet similitudinem nominis formalis, & differentia quæ est inter ipsum & inter formale,

non eſt alia quàm ſit differentia quæ eſt inter benoni & nomen formale: de quo iam ſuprà ſcripſimus.

Seb. Munſterus.

Hoc participium præteritum ſicut & præſens, nonnunquam abſoluitur à tempore & fit purum adiectiuum: ut מְכֻּת percuſſus, qui iam uel olim eſt percuſſus. Sic סֵפֶר כָּתוּב liber ſcriptus, qui ſcilicet non eſt impreſſus, ſed ante mille annos calamo exaratus, & adhuc exiſtens. At סֵפֶר גְּבְתָב liber ſcriptus, uerificatur etiam de libro iam olim abolito. Non tamen conſtanter obſeruatur iſta differentia.

Elias.

4

Adiectiua ſupplent participia.

Aliquando quoq; miniſtrant adiectiua ipſa loco benoni & paul, præſertim in uerbis neutris: nam illa ut plurimum non habent hæc duo participia. Exemplum de גָּבַר prævaluit, non dices

dices גּוֹבֵר ualens, aut גָּבוּר ualidus factus: ſed גִּבּוֹר ualidus, quod eſt nomen formale, loco utriuſq;. Sunt quoquè multa ex illis, quæ non habent paul, ſed benoni uenit loco utriuſque: ut à יוֹשֵׁב ſedens, & עוֹמֵד ſtans: non opus eſt ut dicas, יָשׁוּב ſeſſus, עָמוּד ſtatus: quum עוֹמֵד ſit idem qui עָמוּד ſedens & ſeſſus.

5

Et quoniam hæc duo participia benoni & paul, ſunt ſimilia nominibus, hinc eſt quod etiam ſeptem hæ literæ משׂת ובלב miniſtrant illis, perinde atq; nominibus: quēadmodum id explicabitur in tractatu Officiorū.

Seb. Munſterus.

Senſus eſt: hæc duo participia admittunt à fronte præpoſitiones à, ad, in, ſecundum, iuxta, inſtar, quòd, æque ut nomina: id quod exemplis clariſſimis demonſtratur in libello quem

Elias ædidit De literarum seruilium officijs.

Elias. 6

Et ecce dabimus tibi aliquas regulas, per quas cognoscas quando participia capiantur loco benoni aut loco adiectiui. Igitur quando inueneris iuxta participia seu iuxta nomina formalia unã ex literis ministerialibus בַּבְלֵם tunc capiuntur adiectiue & non participialiter: ut אֲחִיתֹפֶל בַּקּוֹשְׁרִים ideſt, Ahitophel inter conspiratores: secundi Regum decimosexto. בַּנּוֹשֶׁה בַּאֲשֶׁר גּוֹשֶׁה בּוֹ ideſt, Sicut fœnerator sic mutuum accipiens: Isaiæ uigesimoquarto. לְעוֹשֵׂה אוֹרִים ideſt, Factori luminum: Psalmo centesimo trigesimoquinto. מְשׁוֹמְרִים לַבֹּקֶר ideſt, Ab obseruantibus auroram seu lucem matutinam: Psalmo centesimo trigesimo. & similia multa quæ omnia formaliter capiun

capiuntur, eo quod quatuor istæ literæ non seruiunt uerbis nisi in infinitiuo, qui etiã quodammodo gerit formam nominis: sicut explicuimus in Fundamento secundo, capite tertio: & ob id uocatur à quibusdam grammaticis nomen בּוֹעַל ideſt uerbale.

7 Verum quando hæ tres literæ שׁוּה ministrant participio benoni, solent etiam in hunc modum seruire præterito & futuro: ut declarauimus in Fundamento secundo, capite tertio: & tunc illa participia poterũt accipi uel participialiter uel formaliter, cognoscenturq; per alia signa quæ nunc indicabimus tibi. Scias igitur, quod participia uerbaliter accepta non construuntur, nec ueniunt unquam in statu regiminis: & propterea quando inueneris benoni & paul in constructione (ut רוֹעֵה צֹאן ideſt, Pastor ouium:

Geneſeos quarto. זְעוּם יְהוָה ideſt, Iratus Domini: Prouerbiorum uigeſimo ſecundo. Sic שׁוֹמְרֵי מִשְׁמֶרֶת id eſt, Cuſtodes cuſtodiæ: Numeri decimo. גְּאוּלֵי יְהוָה ideſt, Redempti Domini: Pſalmo centeſimoſeptimo. & alia his ſimilia.) ſunt adiectiua & non participia.

Seb. Munſterus.

Quia utrunque participium ſolet tranſire in nomen, diligenter eſt obſeruandum quod hic ſcribitur: nempe, quod participia participialiter capta non mutantur in punctis, ſed nominaliter capta in ſtatu regiminis, mutãt puncta more aliorum nominum, cum quibus in forma communicant: ut ſi dicas, רוֹעֵה צֹאן cum ſægol, erit ſenſus, Paſcens oues: qui ſcilicet actu paſcit. at tunc plerunq; interponitur articulus אֶת Sin רוֹעֵה cum zere ſcribas

bas, id quod fit in regimine: erit ſenſus, Paſtor ouium: etiam ſi actu non paſcit oues. Siquidem omnia nomina quinti ordinis deſinentia in ſægol, mutant in regimine ſægol in zere: participia autem quæ regũt accuſatiuum, ſicut uerba ipſa à quibus deſcendunt, ſægol non mutant in zere, ſed actum ipſum in ſubiectum tranſmittunt caſum abſq; ulla punctorum mutatione. Participia autem præterita participialiter accepta, formam habẽt adiectiuorum, & non mutantur in punctis: ut זְעוּם יְהוָה ideſt, Iratus deus. Quando uero ponuntur in regimine, fiunt nomina abſoluta: ut זְעוּם יְהוָה ideſt, Iratus Domini: hoc eſt, qui eſt in ira Domini, uel cui iratus eſt Dominus. De participio præſenti, Elias adhuc dilucidius in mox ſequentibus ſignis.

Elias. 8

Est adhuc & aliud signum, nempe quòd omne benoni post quod uenit dictio אֵת est benoni, & non adiecti/uum. Exemplum, נְאֻם יְהוָה עַל הָרֹעִים הָרֹעִים אֶת־צֹאנִי ideſt, Sic dicit Dominus ſuper paſtores paſcentes gregem meum: Ieremiæ uigeſimotertio. ubi primum eſt formale, quia non conſtruitur: ſecundum uero eſt benoni, id quod arguit dictio אֵת Annumerantur etiam huic regulæ dictiones ſeu pronomina iſta אוֹתוֹ אוֹתָךְ אוֹתִי אוֹתָם eum, te, me, eos: & omnia affixa quæ conſtruuntur cum paul.

Seb. Munſterus.

Hoc uult, quod participia capiuntur participialiter, ſi poſt benoni ſequãtur hæc pronomina אותו אותך אותי אותם uel eorum nomina, aut participijs paul ſubiuncta fuerint affixa me/

moratis

moratis affixis correſpõdẽtia: ut יְלוּדְךָ natus tuus, אֲחוּבִי dilectus meus.

Elias. 9

Quinetiam quando conſtruuntur cum pronominibus ſecũdæ & primæ perſonæ: ut הֲשֹׁמֵר אָחִי אָנֹכִי ideſt, Num cuſtos fratris mei ego? Geneſis quarto. אָנֹכִי הוֹלֵךְ ideſt, Ego ambulo: Geneſeos uigeſimooctauo. אַתָּה עוֹשֶׂה לָעָם ideſt, Quæ tu facis populo: Exodi decimooctauo. אֲנַחְנוּ עוֹשִׂים ideſt, Nos facimus: quarti Regum ſeptimo. אַתֶּם עוֹשִׂים ideſt, Vos facitis: Ieremiæ quadrageſimoquarto. omnia iſta ſunt formalia & non participia: quia ut dicere non potes אַתָּה סָעַר tu uiſitauit, אָנֹכִי סָעַר ego uiſitauit: & cætera. ſic non poteris dicere אַתָּה סוֹעֵר tu uiſitans, אָנֹכִי סוֹעֵר ego uiſitans, participialiter. immo bene uſurpabis has uoces pro nomine formali:

quem

quemadmodum ſcripſimus. Habemus & alia quædam optima ſigna, his quæ annotauimus haud diſſimilia: uerum quia hæc opus habent magnis præfationibus, conſultò illa hic omittimus, loquuturi oretenus de ijs ad diſcipulos.

FVNDAMENTVM SEXTVM, in quo explanatur infinitiuus & imperatiuus.

Elias. 1

NOta, quod literæ infinitiuo ſeruientes, ſunt בְּבִלַם Nec opus eſt, ut illis annumerem literam uau, quum illa indifferenter ſeruiat uerbis, nominibus, & dictionibus conſignificatiuis: præter dictionem או & præter uocabula quorum initialis litera eſt he admiratiuum: ut docebimus in libro Compoſitionis.

2 Scias quoq; infinitiuum ut plu

plurimum non uenire abſque literis בְּבִלַם niſi coniunctus fuerit alteri uerbo: ut שָׁמוֹר תִּשְׁמְרוּן ideſt, Cuſtodiendo cuſtodietis: Deuteronomij undecimo. אַבֵּד תְּאַבְּדוּן ideſt, Perdendo perdetis: Deuteronomij duodecimo. & ſimilia. Venit autem ſic infinitiuus ad exaggerandum uerbi operationem, & plerunque præcedit uerbum ipſum cui coniungitur, paucis exceptis locis, ubi ipſum ſequitur: ut, וַיְבָרֵךְ בָּרוֹךְ ideſt, Et benedixit benedicendo: Ioſue uigeſimoquarto. & ſimilia. Sed quãdo infinitiuus iungitur imperatiuo, ſemper ſequitur ipſum: ut שִׁמְעוּ שָׁמוֹעַ ideſt, Audite audiendo: Iſaie ſexto. & ſimilia. Et id quoquè fit ad augendam ſignificationem imperatiui.

3 Notabis & hoc, quod litera frequentius ſeruiens infinitiuo eſt la med

med: ut לִשְׁמוֹר ad custodiendum, לְזָכוֹר ad recordandū: & similia. Etiam quando uenit absq; literis bachlam, & non adhæret uerbis, significatio eius ut plurimum non alia est quàm si haberet expressam literam lamed adiunctam: ut חֲסַבַּלְתָּ עֲשׂוֹת ideſt, Stulte præsumpsisti facere: Geneseos trigesimoprimo. רְאֹת פָּנֶיךָ ideſt, Videre faciem tuam: Geneseos quadragesimooctauo. quæ sunt sicut לַעֲשׂוֹת לִרְאוֹת ad faciendum, ad uidendum. Sic quando infinitiuus uenit loco imperatiui, ut זָכוֹר אֶת־יוֹם ideſt, Recordando diei: Exodi uigesimo. שָׁמוֹר אֶת־חֹדֶשׁ ideſt, Custodiendo neomeniam: Deuteronomij decimoquinto. & similia, quę sunt exponēda perinde ac si scriberentur לְזָכוֹר ad recordandum, לִשְׁמוֹר ad custodiendum: uel capiūtur simpliciter pro imperatiuis, ut זָכוֹר שָׁמוֹר

Porro

Porrò in omnibus coniugationibus, præterquàm in coniugatione kal, non est differētia siue scribendo siue legendo, inter infinitiuum quando caret literis בְּבָלַם & inter imperatiuum singularem.

Seb. Munsterus.

Forma imperatiui & infinitiui est eadem in tribus his coniugationibus, piel, hiphil, & hithpael: solum in coniugatione prima kal, hi duo modi inueniuntur dissimiles in forma: idq; in actiua uoce tantū: in passiua enim uoce similes sunt. In quarto ordine etiam in actiua uoce non differunt inter se.

Elias. 4

Et quum iam dixerimus, infinitiuum non habere tempus: notandum est etiam illud, quando uenit cum literis bachlam, est in eo quædam temporis ratio: nam beth & caph ut plurimū

impor

important tempus præteritum : ut, בִּנְסוֹעַ הָאָרוֹן ideſt, Quum proficiſceretur arca: Numeri decimo. כְּשָׁמְעַ עֵשָׂו ideſt, Quum audiret Eſau: Geneſeos uigeſimoſexto. quæ idem ſunt ac ſi diceretur, בַּאֲשֶׁר נָסַע ideſt. Quum profectus fuiſſet. בַּאֲשֶׁר שָׁמַע ideſt, Quum audiſſet. Cæterum cum lamed & mem, plerunq; ſignificat tempus futurum: ut לִשְׁמוֹר אֶת־דֶּרֶךְ ideſt, ad cuſtodiendũ uiam: Geneſis tertio. מְדַבֵּר עִם יַעֲקֹב ideſt, à loquẽdo cum Iacob: Geneſeos trigeſimoprimo. quæ futuri habent rationem. Vbi hanc regulam tibi in manus trado: Omne mem infinitiuo miniſtrans, exponitur perinde ac ſi deficeret ab eo lamed: ut, מְדַבֵּר מֵעֲבוֹר à loquendo, à tranſeũdo: quæ idem ualent ac מִלַּעֲבוֹר מִלְּדַבֵּר ab eo quod tranſibit, ab eo quod loquetur. & ſic de reliquis. Hactenus de infinitiuo

tiuo : nunc loquemur De imperatiuo.

Scb. Munſterus.

Regula iſta eſt ſic intelligẽda, quod mem infinitiui plerunq; negationem importat, & infinitiuus ipſe rationem habet futuri temporis: id quod commode per literam lamed explicatur: ut לדבר ad loquendum: מדבר pro מלדבר ne loquatur, uel ne loquaris, uel ne loquar.

Elias. 5

Scias nunquam uſu uenire, ut litera ſeruilis capiti imperatiui præficiatur, ſolo uau excepto. Et quum iam dixerimus imperatiuum non habere niſi ſecundam perſonam: addimus nunc & hoc, abſenti quoquè poſſe imperari, idq; per futurum tempus: ut, יַעֲשֶׂה פַרְעֹה וְיַפְקֵד פְּקִידִים faciat Parao & cõſtituat præpoſitos: Geneſis quadrageſimoprimo. & ſimilia multa.

In hunc

6 In hunc quoq; modum uenit imperatiuus secundæ personæ loco futuri, præsertim in præceptis affirmatiuis: ut תִּסְפֹּר לָךְ ideſt, Numerabis tibi: Deuteronomij decimosexto. תַּעֲשֶׂה לִּי ideſt, Facies mihi: Exodi uigesimo: & similia. Sic in forma præteriti cum uau conuersiuo, ut וְאָהַבְתָּ אֵת־יְהוָה ideſt, Et diliges Dominũ: Deuteronomij sexto. וְעָנִיתָ וְאָמַרְתָּ ideſt, Et respondebis & dices: Deuteronomij uigesimosexto. & similia. Quæ autem ueniunt in forma imperatiui simpliciter, pauca reperiũtur: ut כַּבֵּד אֶת־אָבִיךָ ideſt, Honora patrem tuum: Exodi uigesimo. שְׁמַע יִשְׂרָאֵל יְהוָה ideſt, Audi Israel Dominum: Deuteronomij sexto. & similia. Præcepta uerò negatiua nunquam ueniunt nisi in forma futuri: ut לֹא תִרְצַח לֹא תִנְאָף לֹא תִגְנֹב ideſt, Non occides, non mœcha

mœchaberis, non furaberis: Exodi uigesimo. Nec poterimus dicere לֹא רָצַח לֹא נָאַף לֹא גָנוֹב ideſt, Non occide, non mœchare, non furare: quia nunquam uenit imperatiuus post unã harum dictionũ אַל לֹא פֶּן בִּי אִם אֲשֶׁר אֵת לְמַעַן בַּעֲבוּר aut quæ his sunt similes.

7 Præterea illi qui loquitur pro seipso non competit imperatiuus uniuersaliter, quum nemo sibi ipsi imperare soleat. Venit quoq; interdum imperatiuus in forma deprecationis aut petitionis, præsertim respectu dei benedicti: quemadmodum id sæpe in libro Psalmorum inuenitur. Ponũtur etiam aliquando iuxta eum dictiones נָא uel אָנָּא ideſt, O, obsecro: ad indicandum præcandi formam: ut שִׁמְעָה נָא ideſt, audi quæso: Danielis nono. אָנָּה יְהוָה הוֹשִׁיעָה נָא ideſt, Obsecro Domine, salua quæso: Psalmo centesimo deci-

mooctauo. Inuenitur quoq; imperatiuus in forma hyperbolæ uel ſubſantionis, aut potius exprobrationis: ut שְׂמַח בַּחוּר ideſt, Lætare adoleſcens: Eccleſiaſtæ duodecimo. בֹּאוּ בֵיתְאֵל ideſt, Venite in Bethel: Amos quarto. & ſimilia pauca.

FVNDAMENTVM SEPTIMVM in quo explicatur ſignificatio ſeptem coniugationũ: & primo quidem explicatur modus ſignificandi coniugationis קַל ideſt, leuis.

Elias. 1

CONiugatio prima, eſt una ex parentibus: uocaturq; בִּנְיַן קַל ideſt, coniugatio leuis: & hoc ob alleuiationem ſuam. Nam non eſt in ea dages, neq; habet pro ſigno ſuo additionem literæ: ſicut cæteræ coniugationes tam actiuæ quàm paſſiuæ habent ſignum

Coniugatio quur leuis.

ſignum diſtinctiuum: nempe dages uel additionem literæ unius aut duarum cum dages: quẽadmodum uidebis in Tabula coniugationũ, quam ædemus in fine iſtius libri, auxiliante Domino.

Seb. Munſterus.

Coniugatio prima kal, non habet dages, ut piel: nec literam characteriſticam ut hiphil: nec ſyllabam à fronte adiectam, ut hithpael: ideo leuis appellatur. Habet tamen in paſſiua uoce ſuperadditam literam, uel dages loco eius.

Elias. 2

Significatio propria huius coniugationis kal, connotat eum qui operatur actionem in ſemetipſo. Et hinc eſt, quod nulla alia uerba quàm neutra, in hanc coniugationem reponi deberent: ut הָלַךְ iuit, עָמַד ſtetit, יָשַׁב ſedit: & his ſimilia. Id quod potiſſi-

mum locum habet in ordine quieſcentium, quorum uerba ut plurimum in coniugatione kal ſunt neutra: ut יָצָא exiuit, קָם ſurrexit, שָׁב reuerſus eſt: & ſimilia. Sic quoq; aliæ duæ formæ, nempe פָּעַל & פָּעוֹל ſunt plerunq; neutræ: quēadmodum declarabimus in Oratione ſecunda, fundamento primo, ſigno ſecundo.

Seb. Munſterus.

Habet coniugatio prima in ſuo themate triplicem formam: ea quæ frequentiſſima eſt, fit per camez & pathah: ut שָׁמַר Quæ rarior, fit per camez & zere: ut חָפֵץ Quæ rariſſima, fit per camez & holem: ut יָכֹל potuit.

Elias. 5

In hunc modum, dignum fuerat ut coniugatio kal ubique haberet ſignificationē neutram. Quod autem illi decernun

cernuntur quædam uerba trāſitiua, id fit contra morem ſuum: facileq; à nobis ratio afferri poſſet, quur id fiat: uerum quia delectamur breuitate, omittimus illam rationem, & ad alia ſcribenda accingimur. Porrò gignit hæc coniugatio ex ſe prolem, uocaturq; נִפְעַל ideſt paſſiuum kal.

Seb. Munſterus.

Videtur hic eſſe mens Eliæ, quod in prima coniugatione kal, ſolum uerba neutra fuerant reponenda: in piel, tranſitiua: in hiphil, tranſitiua ad tertium: & in hithpael, retranſitiua. Vt, שִׁבֵּב iacuit, in kal: שִׁבֵּב poſuit, in piel: הִשְׁכִּיב fecit iacere, in hiphil: & הִשְׁתַּחֲבֵּב poſuit ſeipſum, in hithpael. Sed hanc normam lingua ſancta non tenet: quum in kal plurima tranſitiua inueniantur: ut שָׁמַר cuſtodiuit, מָשַׁח unxit, הָרַג occidit, כָּרַת ſuccidit: &c.

Et ea in piel, nihil adiũciunt significationi, nisi uehementiam quandam: ut שִׁלַּח misit, שִׁלַּח ablegauit.

FVNDAMENTVM OCTAVVM

de significatione coniugationis passiuæ.

Elias.

1

CONiugatio secunda uocatur בִּנְיָן נִפְעַל coniugatio passiua, & est proles coniugationis kal: & hæc quidẽ habet quatuor species, idq; iuxta quadruplicem eius distinctam significationem. Significatio primæ speciei est peculiaris huic coniugationi, connotatq; eum qui actionem recipit de manu alterius. Exemplum. Quando dicis de parente seu actiua coniugatione, אָכַל comedit: dices de prole, נֶאֱכַל comestus est. Vbi uides quomodo filius, id est passiuum, recipit actionem comestionis à patre, qui est cõiugatio leuis.

Dignum

Dignum igitur erat, quod non formaretur passiuum nisi à uerbis transitiuis: sed accidit ei id quod accidit parẽti suo, hoc est, quemadmodum recipiũtur in coniugationem leuem uerba trãsitiua, præter cõditionem suam: ut suprà scripsimus in Fundamento suo, sic recipiuntur in hanc coniugationem passiuam uerba, quæ ex seipsis passionem quandam significant: quod tamen est contra passiuorum naturam.

Seb. Munsterus.

Vt à uerbo הָלַךְ incessit, fit passiuum נְהַלַּכְתִּי ambulaui: נִצַּל euasit, נִצַּל liberatus est: & similia pauca inueniuntur more deponentalium in passiua uoce: ut suprà quoq; dictum est, & exemplum dedi de Cœnauit & cœnatus est.

Elias.

2

Species secunda habet uerba, quæ

carent parente: hoc est, quæ non inueniuntur in coniugatione leui, sed tantum in passiua: ut נִשְׁבַּע iurauit, נִלְחַם præliatus est, נִשְׁעַן innixus est: & similia, quæ haud secus exponuntur, quàm si essent de coniugatione leui.

Seb. Munsterus.

Hæc tria uerba, & pauca alia (si modo quædam sint) coniugãtur sub passiua uoce: & tamen habent actiuam significationem, sicut apud Latinos uerba deponentalia.

Elias. 5

Species tertia continet uerba, quæ habent parentem neutræ significationis: ut וְנִקְרַב בַּעַל הַבַּיִת idest, Et approximabitur paterfamilias: Exodi uigesimosecundo. וְנִגַּשׁ מֹשֶׁה idest, Et accessit Moses: Exodi uigesimoquarto. אֶרֶץ נוֹשֶׁבֶת idest, Terra habitans: Exodi decimosexto. נִחְיֶה הַדָּבָר id-

est

est, Fuit uerbum: tertij Regum primo. & similia. Dicunt tamen Grammatici, quod omnia ista uerba iam enumerata, & alia his similia, non ueniunt à uerbis kal: quũ uerba neutra non gignant ex se aliquod passiuum, sicut nec paul seu participium præteritum habent, ut scripsimus in Fundamento suo: sed habent pro actiua uoce coniugationem piel uel hiphil, & ab illis recipiunt passionem suam: sicut dictio נוֹשֶׁבֶת recipit lectionem suam à מֵישִׁיב quod est de coniugatione piel, & non ab יוֹשֵׁב quod est participiũ præsens kal. Idem sentiendum de alijs.

Seb. Munsterus.

Possumus hic dicere, quod hæc uerba & eis similia non differunt à uerbis illis, quorum mẽtionem suprà fecimus in prima specie uerborũ passiuorum: hoc est, inueniuntur in utraque coniuga

tigatione ſub eadem ſignificatione neutra.

Elias. 4

Species quarta continet uerba, quæ habent parentem, ſeu actiuam uocem, tranſitiuam quidem, ſed quæ interdum ex ſe gignit filium, ſeu paſſiuam uocem, quæ non recipit lectionem à parente ſed à ſeipſa: & eſt tunc ſignificatio eius ceu ſignificatio uerbi neutri ſimpliciter, uel exponitur perinde ac ſi eſſet de coniugatione hithpael: ut וַעֲמַשָּׂא לֹא נִשְׁמַר ideſt, Et Amaſa non eſt cuſtoditus: ſecundi Regum uigeſimo. hoc eſt, לֹא חִשְׁתַּמֵּר non cuſtodiuit ſe: nam gloſſa eius eſt, quòd non cuſtodiuit ſeipſum. Sic וְנִמְבַּר לָךְ ideſt, Et uenditus tibi: Leuitici uigeſimoquinto. Vt dicunt ſapientes noſtri bonæ memoriæ, loquitur hic uerſus de uẽdente ſeipſum neceſſitate cogente. Sic

te. Sic וְתִשַּׁיגַת יָדוֹ וְנִגְאָל ideſt, Et apprehẽderit manus illius & redemptus fuerit: Leuitici uigeſimoquinto: hoc eſt quòd redemerit ſeipſum. Sic וַיִּחַרְ חָאִישׁ וַתִּלָּפֵת ideſt, Et expauit uir, & apprehenſus eſt: Ruth tertio: uult dicere, quòd complexus fuerit ſeipſum. Sunt adhuc & alia non pauca loca, præter illa.

5 Scias etiam, quòd ab hac ſpecie uenit imperatiuus in hac coniugatione: ut חִשָּׁמֵר לְךָ ideſt, Cuſtoditus ſis tibi: Geneſeos trigeſimoprimo. הִפָּרְדוּ נָא מֵעָלָי ideſt, Separare nunc à me: Geneſeos decimotertio capite. quæ exponuntur pro חִשְׁתַּמֵּר ideſt, Cuſtodi te: & הִתְפָּרֵד ideſt, Separa te. Sic quoq; uenit imperatiuus aliarum duarum ſpecierum: ut, הִשָּׁעֵן innitere, הִנָּגֵשׁ accede: & ſimilia. Sed à prima ſpecie, quæ ſcilicet

recipit

recipit actionē de manu alterius,non uenit imperatiuus: ut à נִשְׁבַּר נִלְבַּד & נִשְׂרַף & similibus,non dices חִשְׁבַּר confractus sis, חִלְבַּד captus sis, חִשְׂרַף combustus sis. Similiter non uenit paul uniuersaliter in niphal, neque in alijs passiuis uocibus,eo quod istæ cōiugationes ex seipsis includant passionem, & non opus habeant participio passiuo.

Seb. Munsterus.

Si illis quæ actionem ab alio recipiunt,nihil potest imperari,quomodo CHRISTVS in Euangelio dixit ad leprosum, הִטָּהֵר idest Mundare:& ad mutum הִפָּתַח quod nos corruptè legimus,effeta:idest Adaperire? Dicendum,quod imperiū ipsum sequuta est uis & effectus,potuit enim ipse imperare,& simul imperatū præstare.

Fun

FVNDAMENTVM NONVM.

de significatione coniugationis piel.

Elias.

COniugatio tertia,nēpe piel,quæ & dagessata uocatur, etiam ipsa est parens seu actiua,habens semper ainpoal,seu mediam radicalem dagessatam. Habet autem quatuor species, quarum quælibet propriam habet significādi rationem. Prima species continet uerba,quæ huic cōiugationi sunt propria,& nō inuenitur in prima coniugatiōe kal. Et est significatio eorum, ut significatio coniugationis kal transeuntis in unum: ut אִזֵּן auribus percepit,uel aurem accommodauit: חִקֵּר inuestigauit, תִּקֵּן aptauit: Ecclesiastes duodecimo: & his similia,quæ significant agentem, qui scilicet agit in alium.

Spe

2 Species secunda continet uerba quæ inueniuntur in duabus coniugationibus, sed in coniugatione kal sunt neutra: ut שָׁבֵן quieuit, הָלַךְ ambulauit, & his similia: & quando habent formam piel, tunc transeunt ad duo: ut אֹהֶל שִׁבֵּן tabernaculum constituit: Psalmo septuagesimooctauo, ערום הִלְּכוּ idest, Nudum fecerunt incedere: Iob uigesimoquarto. Quorum significatio est conformis significationi coniugationis hiphil transeuntis ad duo, quemadmodum declarabimus in Fundamento suo.

3 Species tertia habet uerba quæ inueniuntur etiam in duabus coniugationibus, sed sunt in utraq; coniugatione transitiuæ significationis: & nō est ulla differētia inter ea, nisi quod in piel habent efficaciorem significationem, quàm in coniugatione kal: ut, שלח

שָׁלַח & שִׁלַּח misit, שָׁבַר & שִׁבֵּר confregit: & similia.

Seb. Munsterus.

Hæc uerba in piel addunt significationi primæ coniugationis quandam uehementiam & constantiam: ut אָבַל comedit, אִבֵּל immoderatè & more porcorum cómedit, רָדַת persequutus est, רִדַּת anhelanti animo insequutus est: פָּתַח aperuit ostium, uel simile quod iterū claudatur, פִּתַּח effringendo & uiolenter aperuit.

Elias. 4

Species quarta complectitur uerba quæ inueniuntur tam in kal, quàm in hac coniugatione: sed sunt in utraq; neutra, nisi quòd in hac habent fortiorem significationem quàm in kal: ut, שְׂעָרֵךְ צִמֵּחַ idest, Crinis tuus creuit, seu floruit: Ezechielis decimosexto. & פִּתַּח הַסְּמָדָר aperuit se uua acerba: Can

Canticorum ſeptimo.quæ idem ſignificant quod צָמַח & סָתַח niſi quod addunt aliquam conſtantiam. Porrò uerbum quod in kal ſit tranſitiuum & in piel neutrum, huiuſmodi nullum inuenitur:nam iſta coniugatio non conſtruitur, niſi propter uerba tranſitiua.

Seb.Munſterus.

Adducitur exemplum de uerbo צִמַּח quod Propheta eo loci ſub metaphora meretricis, quæ ante annos pubertatis incipit meretricari,oſtendit populum Iſraeliticũ mox poſtquàm deo regeneratus fuerat,cultum dei reliquiſſe,& idololatriæ in ipſa iuuentute operam dediſſe.

Elias. 5

Sed & hoc notandum,quod in hac coniugatione inueniuntur uerba, quibus in omnibus alijs coniugationibus nulla ſimilia inueniuntur: & hæc quidem

dem ſunt, quæ contrariam habent actionem:ut יִרְשְׁנוּ אֶת־הַמִּזְבֵּחַ ideſt, Et cinerabunt altare:Numeri quarto: hoc eſt,amouebunt cinerem,ſeu excinerabunt altare. Sic תְּבוּאָתִי תְּשָׁרֵשׁ ideſt, Prouẽtum meum radicabit:Iob trigeſimoprimo:hoc eſt,eradicabit radices.Sic מְסַעֵף פּוֹרָה ideſt,Ramifi,cans ramum:Iſaiæ undecimo:hoc eſt, deramificans, ſeu auferens ramos: & his ſimilia.

Seb.Munſterus.

Multa paſſim apud Hebræos inueniuntur uocabula,contrariam in diuerſis locis habentia ſignificationem: ut קָרוֹשׁ ſanctus, קָרֵשׁ ſcortum, חָטָא peccauit, חָטָא à peccato expiauit, חָלַל laudauit, חוֹלָל ſtultus,ingratus:& cætera.

Elias. 6

Verum ſcias,quod id non uenit niſi

in uerbis à nominibus deriuatis, ut il/
la sunt quæ iam commemorauimus:
id quod latius declarabimus in tracta/
tu Specierum, specie secunda. Tamen
non licebit tibi id facere in omni uerbo
deriuato à nomine, sed in eo duntaxat
quod Biblia sacra in hunc modum u/
surpat. Cæterum, parturit & hæc con/
iugatio prolem: hoc est, passiuam uo/
cem, quæ pual uocatur: de qua nunc
dicemus.

FVNDAMENTVM DECIMVM,
in quo explicatur significatio
coniugationis pual.

Elias. 1

COniugatio quarta uocatur פּוּעַל
nascitur q̃ à piel: nec habet nisi si/
gnificationem unam, quæ semper est
passiua de manu alterius, nempe à piel
actiua uoce, à qua recipit lectionem su/
am & passionem: nam & ipsa dagessa/
tur

tur ut parens eius. Exemplum. Quem
admodum in parente seu actiua uoce
dicis סִפֵּר כִּפֵּר numerauit, expiauit:
sic dices in prole seu passiua uoce סֻפַּר
כֻּפַּר numeratus est, expiatus est. Vbi
non fit mentio illius qui numerat aut
qui expiat, nec uenit in recordationẽ:
& idcirco uocant hanc cõiugationem,
שֶׁלֹּא נִזְכַּר שֵׁם פֹּעֲלוֹ hoc est, quæ non
recordatur nominis sui agentis.

Seb. Munsterus.

Est igitur passiuum huius coniuga/
tionis simile passiuo primæ coniuga/
tionis, secũdum primam speciem, quæ
& ipsa in passiuo recipit actionem ab
actiuo: atque ob id imperatiuus non
competit ei, sicut suprà Fundamento
octauo, signo quinto, dictum est. Sin
aũt talia occurrant in imperatiuo, expo
nenda sunt neutraliter uel retransitiue:
ut eodem Fundamento, signo quarto

 dictum

dictum est: ut si ad infirmum dicam, חֲרָפָא in kal, uel רְפָא in piel, ideſt ſanare: non præcipio ei, ut abſolutè per alium ſanetur, quum id non ſit in eius poteſtate: ſed ut ſeipſum curet, uel apud alium medelam quærat qua curetur. Alij fortaſſis aliter explicabunt hunc nodum. Nam nullus Hebræus grammaticus hic mihi ſatisfacit.

Elias. 2

Idem intelligendum de coniugatione הִפְעַל quæ naſcitur ab hiphil: nam de utraque idem eſt iudicium, quũ & illa ſemper recipiat paſſionem ſuam de manu alterius. Et hinc eſt, quod in nulla earum eſt imperatiuus, neq; in ulla earum inuenitur unum ex participijs: non quidem in pual, niſi in paucis locis: ſed ubi participium capitur loco nominis formalis: ut וְהַסְּנֶה אֵינֶנּוּ אֻכָּל ideſt, Et rubus non conſumitur

mitur: Exodi tertio. לְבַעֲר חַיַּלְדָּר ideſt Puero nato: Iudicum decimotertio: & ſimilia. At in cõiugatione hophal uniuerſaliter non inuenitur participium. Sed nec infinitiuus inuenitur in una harum coniugationum, niſi raro. Et cum literis בְּכָלָם nunquam inuenitur: id quod fuſius declarabitur Oratione ſecunda, fundamẽtis ſecundo & tertio. Et ita nõ remanet in eis, niſi præteritum & futurum.

Seb. Munſterus.

In ſumma hoc uidetur uelle, nullum paſſiuum habere imperatiuum, quod formatur à uerbo purè tranſitiuo: hoc eſt, quod recipit paſſionẽ ſuam ab actiuo, niſi uolueris imperatiuum illum exponere retranſitiue, ut idem ſit agens & patiens. Sed illa retranſitiua ſignificatio potiſſimum habet locum in prima cõiugatione, & raro aut nun-

quam in passiuo piel aut hiphil.

Elias. 5

Dicunt autem quidam Grammatici, quod etiam futurũ pual & hophal nõ ueniat in usum nisi pro duabus personis: nam aiunt deficere ab eo primas personas: argumẽtum hinc sumentes, quod in Biblicis libris non inueniãtur nisi uno in loco, nẽpe מִבְּטֶן לַקֶּבֶר אוּבַל ideſt, De uẽtre ad sepulchrum ducar: Iob decimo: quod est futurum primæ personæ de quiescẽtibus in pe iod. Verum, nõ deesset mihi quod obiicerem illis, nisi præsens locus prohiberet sermonis prolixitatem.

FVNDAMENTVM VNDECIMUM, in quo declaratur significatio coniugationis hiphil.

Elias. 1

CONiugatio quinta, quæ est hiphil, est etiam parens seu actiua: habetq;

habetq; quatuor species, quarum quælibet habet propriam significationem. In specie prima sunt uerba, quæ in coniugatiõe kal sunt neutra, in hac autem transeunt ad duo: & hæc potissima est ratio, quur hiphil deriuetur à kal: unde & frequentius hæc coniugatio inuenitur in ordine quiescentium, quum illic sit habitaculum uerborum absolutorum: quemadmodum scripsimus in Fundamento septimo, capitulo secundo. Exemplum. à קָם surrexit, שָׁב reuersus est: dices הֵקִים fecit surgere seu erexit, הֵשִׁיב reduxit: & cætera. Idem accidit uerbis perfectis: quia à שָׁבַב iacuit, & רָכַב equitauit, dices הִשְׁכִּיב fecit iacere seu collocauit, הִרְכִּיב fecit equitare: quæ omnia transeunt ad duo.

Seb. Munsterus.

Ego non uideo discrimen aliquod

inter uerba hiphil & piel à uerbis neutris primæ cõiugationis deriuata, quãtum attinet ad significationem: nam ex æquo à קָם surrexit, dicimus in piel קוֹמֵם erexit, & חֵקִים erexit: sic à שָׁבַב iacuit, in piel שִׁבֵּב collocauit: & in hiphil הִשְׁכִּיב posuit. Id tamen uerũ est, quod quædam neutra transferuntur à kal in piel, quæ significationi neutræ solum quandam energiam in piel addunt: ut est צָמַח & צִמֵּחַ Item, quædam sunt in kal transitiua ad duo, quæ in piel quoq; transeunt ad duo, sed cum efficaciori significatione: at in hiphil, transeunt ad tria. Pro exemplo accipe אָבַל comedit, אִבֵּל uorauit, הֶאֱכִיל cibauit: uerum huiuscemodi uerba, non multa inueniuntur.

Elias. 2

Species secunda continet uerba, quæ

quæ in coniugatione kal transeunt ad duo, in hac autem coniugatione transeunt ad tria: ut à radice אָבַל comedit, qui actus transit ad secundum, dices הֶאֱכִיל fecit comedere, quod transit ad tria. Exemplum, חַמּוֹאֲכִילְךָ מָן ideſt, Cibans te manna. וַיַּאֲכִילְךָ אֶת־ חַמָּן ideſt, Et fecit te comedere manna: Deuteronomij octauo. Vides hic tres personas. Dominus sanctus & benedictus, est cibans: Israel, comedens: & manna, id quod comeditur.

3 Species tertia habet uerba, quæ non inueniuntur in coniugatione kal: ut חִחֲרִישׁ tacuit, חִשְׁכִּים mane surrexit, חִשְׁלִיךְ proiecit: & similia, quæ non inueniũtur in kal, sed habent modum significandi kal.

4 Species quarta complectitur uerba quæ sunt neutra, tam in kal, quàm in ista coniugatione: ut בִּרְעֵת חקריב

הִקְרִיב ideſt, Pharao acceſſit: Exodi quartodecimo capite. וַיַּעְתֵּק מֹשֶׁה ideſt, Et mouit ſe inde: Geneſeos duodecimo capite: quæ eiuſdem ſignificationis ſunt cum עָרַב & עָתַק Et iſtorum ſunt pauca numero. Tamen quidam ingenioſi Grammatici aliter docuerunt: nempe, quod non ſint neutra, ſed quod deficiat ab eis res in quã tranſit actio: ut ſit ita ſenſus, וּפַרְעֹה הִקְרִיב מַחֲנֵהוּ ideſt, Et Pharao fecit accedere exercitum ſuum. Sic ab וַיַּעְתֵּק מֹשֶׁה deficit אָהֳלוֹ ut ſenſus ſit ita, Et mouit inde tabernaculum ſuum. Sic intelligendum de reliquis locis. Gignit autem & hæc coniugatio prolem, hoc eſt, paſſiuam uocem: & uocatur nomen eius hophal.

Funda

FVNDAMENTVM DVODECIMum, in quo explanatur ſignificatio coniugationis hophal.

Elias. 1

CONiugatio ſexta, hophal uocatur: & eſt proles, hoc eſt, paſſiua uox ipſius hiphil: unde & additionem habet literæ he, ſicut parens eius. Habet autem duas ſpecies. Vna eſt, quando coniugatio kal eſt neutra: ut à קָם ſurrexit, dices הֵקִים erexit: & in hophal, הוּקַם erectus eſt. En ſignificatio eius eſt, ut ſignificatio coniugationis pual, quum הוּקַם ſit ille qui erigitur per manus alterius.

2 Species ſecunda eſt, quando uerbum in coniugatione kal eſt tranſitiuum, tunc hophal recipit paſſionem per aliquod intermedium, ſicut & parens eius (hoc eſt, hiphil) agit operationem ſuam per intermedium. Exem

plum

plum, הֻכְרַת מִנְחָה וָנֶסֶךְ ideſt, Exterminatum eſt ſacrificium & libamen: Iohelis primo. Ecce hic inueniuntur tres perſonæ: (ut ita dicam) Locuſta, uitis, & ſacrificium. Nam locuſta, eſt quę exterminat: uitis, quæ exterminatur: & ea exterminata, exterminatur conſequenter & ſacrificium. Proinde omnes aliæ proprietates ipſius hophal, æſtimādæ ſunt iuxta cōditiones comparis ſui pual: quemadmodum id iam declarauimus in Fundamento ſuo.

FVNDAMENTVM DECIMVM tertium, in quo declaratur ſignificatio coniugationis hithpael.

Elias. 1

COniugatio ſeptima uocatur coniugatio הִתְפַּעֵל de qua iam diximus, quòd ſit parens & proles: hoc eſt, actiua & paſſiua. Nam tota actio eius

eius eſt retranſitiua, quum recipiatur ab ipſo agente: ut וְהִתְקַדַּשְׁתֶּם וִהְיִיתֶם קְדוֹשִׁים ideſt, Et ſanctificabimini, & eritis ſancti: Leuitici uigeſimo: hoc eſt, ſanctificabitis uos ipſos: & hæc ſignificatio eſt ei propria.

Seb. Munſterus.

Rabbini in Commentarijs utuntur plerūq; hac coniugatione pro paſſiuo kal & piel, niſi quòd à fronte adijciunt literam nun: ut נִתְקַדֵּשׁ confirmatus eſt, נִתְקַדֵּשׁ ſanctificatus eſt.

Elias. 2

Habet autem & aliam ſignificationem, nempe quòd aliquando ſimilis eſt recipienti paſſionem, quum tamen non recipiat. Exemplum, וְיִתְבָּרֵךְ בִּלְבָבוֹ ideſt, Et benedicet ſe in corde ſuo: Deuteronomij uigeſimonono: hoc eſt, Cogitabit in corde ſuo, quòd ſit benedictus, quum tamen non ſit.

Sic

Sic, יֵשׁ מִתְעַשֵּׁר וְאֵין כֹּל מִתְרוֹשֵׁשׁ וְחוֹן רַב ideſt, Eſt qui diuitem ſe facit & non omnia, eſt qui depauperat ſe & habet ſubſtantiam multam: Prouerbiorum decimotertio. Eſt autem ſenſus, Oſtēdit ſe diuitem uel pauperem, & non eſt ſic. Et ſimilia multa.

5 Id tamen non accidit niſi uerbis abſolutis. Licebit quoq; tibi ut idē facias in quibuſdam, etiam ſi non inueniantur in Biblicis libris. Sed caue, ne id facias in uerbis tranſitiuis. Et ut in ſumma dicam, cōiugatio iſta non egreditur unquam extra ſeipſam. Nec attendas uerba illorum, qui falſò aiunt inueniri quædam loca ubi ſit trāſitiua: ut, כֹּל כְּלֵי עֵץ תִּתְחַטָּאוּ ideſt, Omnia uaſa lignea expiabitis: Numeri trigeſimoprimo. וְהִתְנַחַלְתֶּם אֶת־הָאָרֶץ ideſt, Et ſorte diuidetis terram: Numeri trigeſimoquarto: & ſimilia. Hæc quidem

Hitphael nunquam trāſitiua.

dem bene poſſemus exponere in forma retranſitiuorum, ſed non eſt hic locus immorandi.

4 Præterea ſunt quædam uerba, quæ in nulla alia coniugatione cēſ in hithpael inueniuntur: quale eſt, הִתְחַנֵּן orauit, הִתְפַּלֵּל deprecatus eſt: & ſimilia. & illa quidem exponuntur, perinde ac ſi eſſent de coniugatione kal. Vnde eſt regula notabilis, quod omne uerbum quod in aliqua (præter quàm in kal) coniugationum inuenitur, eſt exponendum ac ſi eſſet de kal: ut in niphal, נִשְׁבַּע iurauit, נִלְחַם pugnauit: & in hiphil, הִשְׁכִּים mane ſurrexit, הִשְׁלִיךְ proiecit: de quibus ſcripſimus etiam in ſuis coniugationibus.

Regula

Orationis primæ
finis.

Secunda

SECVNDA ORATIO.

Elias.

ORATIO secunda explicat differentias, quas inter se habent coniugationes in punctis & literis superadditis, & per quæ signa unam ab alia discernere queas, siue in perfectis siue in imperfectis uerbis. Distinximus autem & illam Orationem in tredecim Fundamenta.

Seb. Munsterus.

VT ex priori oratione didicisti distinctos modos significãdi coniugationum, ita in hac Oratione debito ordine seruato, tibi proponũtur formulæ singularum coniugationũ: quomodo uerba in unaquaq; coniugatione à præterito per omnes modos usq; ad futurum sint mutanda in punctis uel

uel ratione personarum uel ratione numeri, uel etiam ratione generis. Item, quid potentiores accentus nonnunq; efficiant in punctis.

FVNDAMENTVM PRIMVM, in quo explicatur punctuatio coniugationum kal & item niphal, idq; in perfectis, & signa earum.

Elias.

COniugatio kal aliud signum non habet, nisi quòd super tres literas radicales nullam extraneam recipit literã, nec unquam habet dages. In præterito habet camez, idq; in omnibus personis, excepta secunda pluralis utriusq; generis, in qua camez uertitur in scheua, & hoc propter mem & nun finales literas: ut פְּעַלְתֶּם & פְּעַלְתֶּן uisitastis.

Ainpoal uero habet pathah per omnes perſonas,excepta tertia pluralis & tertia ſingularis fœminini,quæ habẽt ſcheua mobile:ut פָּקְדוּ uiſitauerunt, פָּקְדָה uiſitauit.

Seb.Munſterus.

Hic tibi incipienti neceſſaria eſt Tabula Hebraicarum coniugationum, quam inſpicias:ſi hæc quæ hic tractantur,uelis cum fructu legere,& ſanè intelligere.

Elias. 2

Scias etiam,quod tertia ſingularis maſculini uenit in triplici forma:nempe, פָּעַל פָּעַל פָּעַל quæ omnes inueniuntur in una ſententia Biblica:Exodi quadrageſimo capite, וְלֹא יָכוֹל מֹשֶׁה לָבוֹא אֶל־אֹהֶל מוֹעֵד כִּי־שָׁכַן עָלָיו הֶעָנָן וּכְבוֹד יְהוָה מָלֵא אֶת־הַמִּשְׁכָּן cuius hæc interpretatio eſt, Et non potuit Moſes uenire ad tabernaculum,eo quod quieſceret ſuper ipſum nubes,& gloria Domini impleuit tabernaculum.

Seb.Munſterus.

Vbi שָׁכַן יָכֹל & מָלֵא ſunt tres illæ formæ,quæ in prima inueniuntur coniugatione.

Elias. 3

At in reliquis perſonis præteriti, ueniunt ea quæ deſinunt in zere,iuxta illorum formam quæ deſinunt in pathah. Exemplum. Sicut à שָׁמַר dicis שָׁמַרְתָּ שָׁמַרְתִּי & cætera:ſic à חָפֵץ deſiderauit, dices חָפַצְתָּ חָפַצְתִּי deſideraſti,deſideraui:& cætera. Porrò tertia pluralis & tertia ſingularis fœminini, quando ueniunt in pauſa,redeunt ad priorem punctum zere: ut, חָפַצְתָּ חָפֵצוּ Ea uero quæ habent pathah in pauſa, migrant in camez: ut, פָּקְדָה פָּקְדוּ Et quæ ſunt de forma פָּעוֹל

ea tenet holem per omnes personas præteriti, excepta tertia persona pluralis & tertia singularis fœminini. Nam illæ habent scheua: ut יָכְלוּ potuerũt, יָכְלָה potuit. In pausa uero redeunt ad pristinum punctum holem: ut לְהוֹצִיא אֶת־הַכִּינִים וְלֹא יָכְלוּ ideſt, Vt educerent pediculos, & non potuerunt: Exodi septimo capite.

Seb. Munsterus.

Hæc sunt diligenter obseruanda, quia ubicũ in Biblicis libris occurrunt huiuscemodi exempla, præsertim sub his tribus accentibus, soph pasuc, athnahtha, zakeph katon, & nonnunquam sub rebia & tarha.

Elias. 4

Scias quoq;, quod formæ פָּעֵל & פָּעוֹל ut plurimum non ueniunt nisi in uerbis neutris: ut זָקֵן senuit, מָלֵא impleuit, seu plenus fuit, דָּבֵק adhæsit

ſit, שָׁבַן quieuit, חָדַל ceſſauit, כָּמַל emarcuit: & pauca inueniuntur transitiua, qualia ſunt חָפֵץ deſiderauit, & אָהַב dilexit. Sed forma פָּעוֹל ſemper inuenitur in uerbis neutris: ut יָכוֹל potuit, יָגוֹר timuit, & סָטַנְתִּי מִכָּל חַסְרֵים ideſt, Minor fui omnibus miſericordijs: Geneſeos trigeſimoſecũdo. Ideo non habent benoni neque paul, quemadmodum ſcripſimus Oratione prima, fundamẽto quinto, ſigno quarto: ſed uenit nomen formale loco utriuſque, idq; in forma præteriti: ut, וְאַבְרָהָם זָקֵן ideſt, Et Abraham ſenex ſeu ſeneſcens: Geneſeos uigeſimoquarto: quod eſt nomen formale. וַיְהִי כִּי זָקֵן יִצְחָק ideſt, Et fuit quum ſenuiſſet Iſaac: Geneſis uigeſimoſeptimo: quod eſt præteritum. Sic וְלֹא יָכוֹל מֹשֶׁה id eſt, Et non potuit Moſes: Exodi quadrageſimo: quod eſt præteritum. Et

non inuenitur ab eo nomen formale in aliquo uersu Biblico: sed magistri nostri bonæ memoriæ utuntur eo pro adiectiuo, quum dicũt אֵינוֹ יָכוֹל non est potens, אֵינָם יְכוֹלִים non sunt potentes. Proinde reliqui modi horũ uerborum incedunt pariter uno ritu, nec est differentia inter tres formas.

Seb. Munsterus.

Inuenitur tamen nonnunquam à uerbo שָׂנֵא odiuit, participium שׂוֹנֵא odiens: sicut & ab אָהַב dicitur אוֹהֵב amans. Sed Elias diceret hæc esse nomina pura.

Elias. 5

Benoni, seu participium præsens, habet pe punctatum cum holem per omnes personas, & ain cum zere, sed hoc solum in singulari: ut פּוֹקֵד uisitans. Sed in reliquis personis uertitur in scheua, ut fieri solet. Exemplum, פּוֹקְדִים

uisitantes, פּוֹקֶדֶת uisitans seu uisitatrix, פּוֹקְדוֹת uisitantes. Scias etiam, quod fœmininum plerunq; uenit cum tau finali litera, ut פּוֹקֶדֶת & raro cum he, ut הוֹלֵכָה ambulans: Ieremiæ tertio. De quo amplius loquemur in Oratione sequenti.

6 Paul, seu participium præteritum habet pe camezatum in singulari: ut פָּקוּד uisitatus: sed in reliquis personis uertitur camez more suo in scheua: & in omnibus personis habet ain schurec: ut, פְּקוּדִים uisitati, פְּקוּדָה uisitata, פְּקוּדוֹת uisitatæ.

Seb. Munsterus.

Notandum, quod ferè omnia nomina quæ incipiunt à puncto camez, quando ponuntur in regimine, uel augentur una syllaba, mutant camez illud in scheua: ut דָּבָר uerbum, דְּבָרִי uerbum meum, item פְּקוּד פְּקוּדָה

de quo infrà in Nominibus, latius.

Elias. 7

Forma infinitiui

Infinitiuus habet ſub pe camez,ut לִפְקוֹד Sed cum literis בגלם uertitur in ſcheua. Aliquãdo etiam habet ſcheua ſine literis bachlam:ut עֵת סְפוֹד וְעֵת רְקוֹד ideſt, Tempus plangendi,tempus ſaltandi:Eccleſiaſtes tertio:& ſimilia. Omnia autẽ utriuſq; formæ exempla habent holem in ain:& literæ bachlam punctantur cum hirec,habetq; litera mox ſequens uirgulã raphe:hoc eſt,manet lenis: ut, לִפְקוֹד בִּפְקוֹד בִּפְקוֹד Excipitur litera mem,poſt quã ſemper uenit dages,ut מִפְקוֹד Quod fit ad deſignandum defectum literæ nun:id quod in tractatu Cantici uberius declarabitur.

Seb. Munſterus.

Litera mem quando eſt præpoſitio habet hirec & ſequitur dages, quod repræ

repræſentat defectum nun literæ. Abſoluta enim præpoſitio eſt מִן & pro מִפְקוֹד fuerat dicẽdum מִן פְּקוֹד ſed contrahuntur duæ dictiones in unam per eliſionem literæ nun. Ante gutturalem uero literã, in qua dages locum non habet, mutantur dages & hirec in zere uocem magnam:ut מֵחָרֵג ab occidendo.

Elias. 8

Forma imperatiui.

Imperatiuus ſingularis habet pe ſcheuatũ & ain cum holem ſignatum, iuxta modum infinitiui,quãdo habet literas bachlam. In plurali uerò maſculini,& in ſingulari fœminini,pe habet hirec:eo quod in litera ain ſit iam ſcheua:quod latius declarabitur in Oratione tertia, fundamento decimo, capite ſecundo. Sic quoq; quando ſingularis maſculini habet in fine additionem literæ he,punctatur pe litera cum hirec:

ut

ut שִׁכְבָה עִמִּי ideſt, Dormi mecum: Geneſis trigeſimonono. שִׁלְחָה הַנַּעַר ideſt, Mitte puerum: Geneſis quadrageſimotertio. Et hoc intellige de ijs uerbis, quorũ ain habet pathah: ut שָׁלַח שָׁבַב & ſimilia. Sed quando ain habet holem, punctuatur pe cum hatephcamez: ut à זָבוֹר dices זָכְרָה לִי ideſt, Memento mei: Nehemiæ decimotertio. Sunt tamen quæ ab hac regula excidunt, de quibus nobis hic non eſt negocium.

9 Futuri rationem iam didiciſti. Nam ſignum eius eſt אֵיתָן idq; in capite uerbi: & punctuatur non ſecus quàm imperatiuus. Commendabis itaq; hanc regulam memoriæ tuæ, quod in omnium ordinum cõiugationibus, addendæ ſunt imperatiuo literæ אֵיתָן & emerget futurum. In hac uero cõiugatione, literæ איתן ſemper pun

punctuãtur cum hirec, excepto aleph quod habet ſægol, eo quod ſit gutturalis litera. Sunt qui etiam aliam afferunt rationem, ſed prior magis mihi probatur. Et nota, quod ſcheua ſemper quieſcit poſt איתן

10 Præterea ſciendum, quod prima perſona utriuſque numeri uenit aliquãdo cum additione he in fine: ut אֶזְכְּרָה אֱלֹהִים ideſt, Recordabor dei: Pſalmo quadrageſimoſecũdo. נִשְׁלְחָה אֲנָשִׁים ideſt, Mittemus uiros: Deuteronomij primo. Secunda uero & tertia perſona pluralis maſculini habent interdum additionem nun in fine: ut לְמַעַן יִלְמְדוּן ideſt, Propterea diſcent: Deuteronomij quarto. שָׁמוֹר תִּשְׁמְרוּן cuſtodiendo cuſtodietis: Deuteronomij ſecundo. Et conditio illa tam nun q̃p he, eſt uniuerſalis per omnes coniugationes omniũ ordinum, exceptis his quæ

quæ quieſcunt in lamed he. Illa enim non habent unquam additionem he: quum alioquin in eis quieſcat he, litera radicalis: ut יִגְלֶה אֶגְלֶה reuelabo, reuelabit. Sed & hoc notandum, quod additio literæ he in fine nunquam inuenitur, quando litera futuri temporis eſt iod uel tau, niſi in duobus aut tribus duntaxat locis: ſed quæ ob eorum paucitatem hic omittimus.

11 Notandum quòd inueniuntur quædam uerba quæ in futuro aliquando habent holem in fine, & aliquãdo pathah: ut וַיִּשְׁבּוֹת הַמָּן ideſt, Et ceſſauit manna: Ioſue quinto. לָמָּה תִשְׁבַּת הַמְּלָאכֶת ideſt, Quur quieſcit opus? Nehemiæ ſexto: & ſimilia. Sunt alia quæ ſemper ueniunt cum pathah, & ſunt plerunq; neutra: ut יִשְׁכַּב dormiet, יִרְכַּב aſcendet equum, וַיִּשְׁמַן יְשׁוּרֻן וַיִּבְעָט ideſt, Et impinguatus eſt Iſrael

Iſrael & recalcitrauit: Deuteronomĩ trigeſimoſecundo: & ſimilia. Sed ea quæ habent holem ſunt plerũq; tranſitiua, exceptis illis quorum lamedpoal eſt ain uel heth: illa enim ſemper deſinunt in pathah: ut יִשְׁמַע audiet, & יִשְׁלַח mittet. Idem ſentiendum, quando ainpoal eſt ain uel heth: ut תִּשְׂחַק לָחֶם תִּלְעַג לָבֶל חַגּוֹיִם ideſt, Deridebis eos, ſubſannabis omneis gentes: Pſalmo quinquageſimonono. Excipiuntur ab hac regula, וְיִנְחוֹם עָלָיו ideſt, Et fremet ſuper eum: Iſaiæ octauo. מַה אֶזְעֹם ideſt, Quare indignabor? Numeri uigeſimotertio. Et nota, quod omnes iſtæ formæ ſunt communes imperatiuo: nam imperatiuus & futurum habent eandem formam in punctatione, ſicut ſcripſimus ſuprà in nono ſigno.

12 Coniugatio paſſiua habet

pro

pro ſigno ſuo additionem nun in capi te,& eſt leuis ut parẽs eius:nam dages non habet. Præteritum habet per om nes perſonas literam nun,pũcto hirec ſignatam à capite,& ſcheua quieſcens poſt illud nun. Aiꝛpoal uero patha/ tur,& retinet in pũctuatione formam & modum parentis ſui.

15 Benoni,ſeu participium præ ſens,habet etiam nun ſuperadditum, ſicut præteritum : niſi quod ain came/ zatur per omnes perſonas: ut נִפְקָר נִפְקָרִים נִפְקֶרֶת Exemplum aliud, רוּחַ נִשְׁבֶּרֶת ideſt,Spiritus confractus: Pſalmo quinquageſimo.Et habet ſem per accẽtum מִלְרַע hoc eſt,in ultima, etiam extra pauſam . & אַחַת מֵהֶן לֹא נִשְׁבָּרָה ideſt, Vnum ex his nõ eſt con fractum:Pſalmo trigeſimoquarto:ubi habet accentum מִלְעֵיל ideſt, in pe/ nultima:quia eſt præteritum fœmini/ num

num.Non autẽ ita uenit præter quàm in pauſa: extra pauſam uero, habet ſemper ſcheua: ut, נִשְׁבֶּרֶת קִרְיַת תֹּהוּ ideſt, Cõtrita eſt ciuitas uanitatis:Iſaię uigeſimoquarto. Paul non eſt hic,ut iam ſuprà docuimus.

14 Infinitiuus uenit cum de/ fectu nun,paſſiuæ literæ: & ob id da/ geſſatur pe,ad repræſentandum illius literæ defectum.Et ut dages illud for/ te fiat,neceſſe eſt,ut literam he pona/ mus ante pepoal:ut הִפָּקֵד uiſitari.Sic enim dages fortiorem habet prolatio/ nem,quum dages nunquam ſit forte à principio dictionis,niſi alia præcedat litera:quemadmodum declarabitur in tractatulo Cantici.

Seb.Munſterus.

Forma infinitiui & imperatiui paſ/ ſiuæ uocis, eſt diligenter aduertenda, ne adiectam he ה literam ſuſpiceris eſſe

esse he hiphil. Sed non facile poteris hic errare, si radicem ipsam intuearis. Quando enim tres radicales literæ expresse manent,& prima habuerit dages forte,signum est illic deficere nun passiuam literam.

Elias. 15

Quinetiam cum literis bachlam solet he illud uenire,exceptis paucis locis ubi deficit he litera:ut, בְּעַטֹּה עוֹלֵל ideſt, In deficiendo paruulum: Threnorum secundo. לְעַנּוֹת מִפָּנַי ideſt, Vt humilietur à facie mea:Exodi decimo. וּבְשָׁלוֹ אַל יָגֵל לִבֶּךָ ideſt, Et quum lapsus fuerit ipse,nō lætetur cor tuum: Prouerbiorum decimo.

16 Imperatiuus semper habet literam he, sed futurum ea litera opus non habet, quum literæ איתן quæ præficiuntur futuro,fortificent dages. Regula. In hac coniugatione,literæ nun

nun נ he ה & hæ quatuor literæ איתן semper hirecantur:& imperatiuus atque futurum semper habent pepoal dagessatum atque camezatum, nisi quando est pepoal una ex quinq; istis literis אחעהר tunc enim he & איתן habent punctum uocalem zere: quemadmodum in tractatulo Cantici latius declarabitur.

Seb.Munsterus.

Habent hæ quatuor literæ איתן & litera he ה ante literas gutturales punctum zere,propter dages quod in literis gutturalibus signari non potest, & tamen est signandum,quum teneat locum literæ nun: ut ubi à נִבְסַר fit אֶבְסַר יִבְסַר Ab נֶאֱהַב fit אֵאֱהַב diligar, יֵאֱהַב diligetur. hoc est, dages ponitur ad hirec,& fit zere: & repræsentat iam zere uox magna,defectum literæ nun.

FVNDAMENTVM SECVNDVM in quo docetur quomodo punctu/anda sit coniugatio piel & pual in perfectorum ordine,& item quæ illius sunt signa.

Elias. 1

CConiugatio piel habet in ain pro signo punctum dages, idq; per omnes modos. Totum præteritũ habet sub pe hirec, & sub ain pathah, præter quàm in tertia singulari masculini,in qua ain habet plerunq; zere:ut פִּקֵּר numerauit. Inuenitur quoq; cum pathah: ut אִבַּר perdidit, שִׁבַּר confregit: Threnorum secundo: & similia pauca. Tertia uero persona pluralis & tertia singularis fœminini habet scheua mobile (ut est mos eius) sub litera dagessata: ut פִּקְּדוּ & פִּקְּדָה numerauit.

Seb.

Seb. Munsterus.

Integram formam præteriti habes suprà in nostra Grammaticali Institutione,unà cum reliquorum modorum formis:uide ibi,& nihil erit tibi hic alienum aut difficile.

Elias. 2

Participium præsens & præteritum semper habent à fronte additionem literæ mem scheuatæ:sed in participio præsenti sequitur post illud scheua pathah, ut מְפַקֵּד numerans: & in participio præterito, sequuntur tria puncta, ut מְפֻקָּד numeratus. Horum modorum signa, sunt מְפַ מְפֻ Habet autem benoni sub ainpoal in singulari masculino zere, sed in reliquis personis habet scheua: ut מְפַקֵּד מְפַקְּדִים & cætera. Porrò in paul seu participio præterito habet per omnes personas ainpoal, camez: ut מְפֻקָּד

מִפְקָדִים & cætera horum ſimilia.

5 Infinitiuus habet ſub ſe pathah,& ſub ain zere:ut בִּפְקֹד Literæ uero בבלם habent ſcheua,excepto מ quod ſemper habet hirec: ut, בְּפִקֹּד לִפְקֹד מִפְקֹד Cæterum,imperatiuus ſingularis conformis eſt infinitiuo: ut פְּקֹד Sed pluralis & fœminini habet ſcheua mobile, ut פִּקְדוּ פִּקְדִי & in plurali fœminini migrat ſcheua in zere,ut פִּקְדְנָה In futuro addendæ ſunt literæ איתן imperatiuo,ut אֶפְקֹד יִפְקֹד & cætera: ſignanturq; puncto ſcheua,ut mem benoni.

4 Regula generalis. In omni coniugatione quæ habet in participio præſenti mem ſuperadditum,imitantur literæ איתן punctuationem mem participij:idq; in omnibus ordinibus, præter quàm in hiphil quieſcētium in ain,cuius rationem illic tibi aſſignabo.

Seb.

Seb.Munſterus.

In tribus poſterioribus coniugationibus, ideſt in piel,hiphil & hithpael,literæ futuri temporis,habent regulariter punctum quem habet mem litera participij: nempe in piel habent punctum ſcheua,in hiphil pathah,& in hithpael hirec:id quod coniugationum formulæ tibi clare oſtendunt. In quarto tamē ordine fallit regula: nam illic mem litera habet punctum zere, & literæ איתן habent camez.

Elias. 5

Quòd ſi ainpoal fuerit una ex literis אחע migrat plerunque dages ad punctum qui eſt ſub litera præcedenti:& is punctus ſi fuerit hirec,mutatur propter aduentum dages in zere:ſi autem ſit pathah,uertitur in punctum camez:quemadmodum declarabitur in tractatu Cantici.

Seb. Munsterus.

Exempla. Pro בָּאַר dicitur בֵּאֵר declarauit: & in imperatiuo בָּאַר declara, pro בַּאֵר Sic in futuro אֲבָאֵר declarabo, pro אֲבַאֵר Simile est בֵּרֵךְ pro בָּרַךְ benedixit, & in imperatiuo בָּרֵךְ pro בָּרַךְ benedixit. Hic uides, quomodo dages in mediam radicalem scribendum, ponitur ad punctum primæ radicalis literæ, & ex puncto hirec facit zere, atque ex pathah facit camez.

Elias. 6

Proinde licet he & heth non recipiant punctum dages, tamen plerũq; debiliores sunt quàm ut dages ante se propellant, & mutent punctum paruum in magnum: ut טִהֵר mundauit, בְּחַר selegit, מְהַר accelerauit. Sic in cõiugatione hithpael, ut מִתְחָרִים appropriantes, מִתְלַחְשִׁים mussitantes.

Con

Coniugatio pual habet pro signo suo literam ain dagessatam, idq; per omnes modos, ut parens eius. Præteritum, in omnibus personis habet pe tribus affectum punctis: in reliquis uero punctis, non differt à forma parentis sui. Passiuum piel

Seb. Munsterus.

Hoc est, tam in præterito quàm in futuro, prima radicalis habet kybuz, secunda pathah, & literæ futuri temporis scheua.

Elias. 8

Participium præsens singularis simile est præterito, nisi quod ain camezatur: ut פֹּקֵד פֹּקְדִים & cætera. Participium præteritum & imperatiuus hic non habent locum, quin & imperatiuus raro in hac coniugatione inuenitur: habet autem pe tria puncta, idest kybuz, & ain holem: ut גֹּנֵב גֻּנַּבְתִּי

furando furto ſublatus ſum: Geneſeos quadrageſimo. Cum bachlam uero regulariter non inuenitur. In futuro, literæ אֵיתָן habent ſcheua, ut parens eius: & pe habet tria puncta, ut præteritum. Exemplum, אֶפְקֹד יִפְקֹד & cætera. Et quando ainpoal fuerit guttura lis, qualem tunc habeat formam declarabitur in tractatu Cantici.

Seb. Munſterus.

Quando media eſt gutturalis, quæ dages non recipit, mutatur kybuz in punctum æquiualentem kybuz & dages: utputa in uau holem, uel uau ſurrec: ut à בָּרַךְ ideſt benedixit, non fit paſſiuum בֻּרַךְ quia deeſt dages in litera media radicali: illud igitur poſitum ad kybuz, mutat ipſum in uau holem, & dicitur בּוֹרָךְ ideſt, benedictus eſt: item בּוֹאָר ideſt, declaratus eſt.

Fun

FVNDAMENTVM TERTIVM, in quo declaratur modus punctuandi coniugationem hiphil & hophal in perfectis, & quæ habeant ſigna.

Elias. 1

CONiugatio hiphil, habet pro ſigno he in capite, & hirec magnũ ſub ainpoal. Præteritum habet per omnes perſonas he hirecatum in capite, & hirec ſub ain: ſed quod ſolũ inuenitur in utraq; tertia perſona & in tertia ſingularis fœminini: ut הִפְקִיד הִפְקִידוּ הִפְקִידָה In reliquis autem perſonis uenit loco eius pathah, idq; ad alleuiationem punctorum. Alioquin enim multiplicarentur uocalia & ſyllabæ: ut הִפְקִיד הִפְקַדְתִּי הִפְקַדְתָּ & cætera.

Seb. Munſterus.

In prima & ſecunda perſona utriuſque numeri abijcitur litera iod ad uitãdum ſyllabarum multiplicationem: nam

nam ſi diceremus הִפְקִירְתָּ haberemus quatuor ſyllabas: muſſitat enim ſcheua poſt hirec & iod uocem magnam: ſed in הִפְקַרְתָּ ſunt tantum tres ſyllabæ.

Elias. 2

Participium præſens habet additionem literæ mem à fronte, punctaturq; cum pathah. Participium uero præteritum habet literam mem cum ſchurec radici ſuperadditum: & poſt utriuſq; participij mem, ſequitur ſcheua quieſcens, ut מַפְקִיר & מוּפְקָר Horum ſignum eſt מַפְקִידִים Proinde omnes perſonæ benoni habent hirec magnum ſub ainpoal, & in paul camez magnum.

Seb. Munſterus.

Hirec magnum uocatur, iod literam, ſi eam præcedat hirec. Camez uero magnum eſt, poſt quod non uenit punctus

punctus dages: item, camez paruum eſt, poſt quod uenit punctus dages: ut in dictione לָמוּת nam primum camez eſt paruum, alterum uero magnum.

Elias. 3

Nota etiam, quod in utroq; participio ſcribi debuerat litera he cum pathah, legendumq; מְהַפְקִיר & in paul מְהוּפְקָר ſed propter alleuiationem uocalium abijcitur he, & ponitur uocale eius, nempe pathah ſub mem, dicimusq; in benoni מַפְקִיר & cætera: & in paul, מוּפְקָר & ſic de alijs.

4 Infinitiuus habet etiam à fronte literam he, ſed pathatam, ut ſcilicet diſcrimẽ habeatur inter ipſum & inter præteritum. Ain uero habet zere, ut וְהַכְבֵּד לִבּוֹ ideſt, Et aggrauãdo cor ſuum: Exodi octauo: & ſimilia. ſed cum blachlam nunquam uenit ſine hirec, ut לְהַקְטִין אֵיפָה וְלְהַגְדִּיל שָׂקֶל ad

minoran

minorandum mensuram & ad maiorandum pondus: Amos octauo capite: & similia.

5 Imperatiuus singularis masculini semper habet sub ain zere: ut, הַפְסֵד אֶת־הַלַּוִּים idest, Constitue Leuitas: Numeri undecimo. Quando uero in fine habet additionem literæ he, ain punctuatur cum hirec: ut הַקְשִׁיבָה aduerte, הַאֲזִינָה auribus percipe. Plurale uero masculini & singularis fœminini semper habent hirec: ut הַפְקִידוּ הַפְקִידִי & pluralis fœminini habet zere, ut הַפְקֵדְנָה Quod tamen dicimus ex coniectura quadam, quia non inuenitur aliquod exemplum Biblicum in hac persona.

6 Formam futuri iam didicisti, nempe quòd literæ איתן ponendæ sunt ad imperatiuum, ut אַפְקִיד יַפְקִיד ubi tamen dicendum fuerat אֲהַפְקִיד יְהַפְקִיד

יְהַפְקִיד & cætera cum he: sed abijcitur he, cuius rationē iam suprà scripsimus in benoni. Habet autem ain plerunq; hirec, paucis exceptis, quæ habent zere iuxta formam imperatiui: ut יַבְרֵת יְהוָה idest, Exterminabit Dominus: Psalmo duodecimo. וַיַּבְרֵל אֱלֹהִים id est, Et diuisit deus: Geneseos primo.

7 Coniugatio hophal habet pro signo additionem literæ he in capite, ut parens eius. Præteritum in omnibus personis habet literam he cum hatephcamez, ut הֻפְקַד uel cum tribus punctis, ut וְהֻשְׁלַךְ מְכוֹן מִקְדָּשׁוֹ idest, Et proiectum est habitaculum sanctuarij eius: Deuteronomij decimo. Potest quoq; tempore necessitatis uenire cum uau schurec, ut הוּפְקַד formam scilicet tenendo quiescentium. ut הוּרַד depositus est, הוּקַם erectus est. Nam hæc tria puncta pro fratribus

bus computantur, & uenit sæpe unum loco alterius, potissimum in coniugatione pual & hophal.

Seb. Munsterus.

Vnde in Commentarijs, Hebræi loco kybuz & hatephcamez semper scribunt literam uau: pro uau autem mobili, scribunt plerunq; & in rarioribus dictionibus duo uau: sicut & pro iod mobili, idest consonante, scribunt duo iod: ut עניין pro עִנְיָן & לווה pro לֹוָה

Elias. 8

Non est in hac coniugatione benoni, nec paul, neq; imperatiuus. Infinitiuum quoq; raro habet, & is quidem punctuatur cum hatephcamez, & ainpoal cum puncto zere: ut הֳמְלֵהַ לֹא הֳמְלַהַתְּ idest, Vastando non es uastata: Ezechielis decimosexto capite. Cum literis בבלם regulariter non inue

inuenitur. Literæ uerò איתן in futuro habent hatephcamez, idq; ad exprimendum coniugationis signum. Debuerat autem futurum sic formari, אֲחֻפְסַר Verum de hoc iam superius mentionem fecimus in participio præsenti hiphil.

FVNDAMENTVM QVARTVM in quo explicatur punctuatio coniugationis

הִתְפַּעֵל

Elias. 1

SIgna coniugationis hithpael sunt he & tau atq; dages in ain. En habes tria signa. Præteritum in omnibus personis habet he à fronte hirecatum, & post illud sequitur tau cum scheua quiescente: & tunc demum tres literæ radicales, quarum media habet dages per totam coniugationem: sed & pe habet dages, at illud est dages leue, quum

quum ueniat post scheua: de quo in libello Cantici.

Seb. Munsterus.

Habet pepoal dages, quando scilicet est una ex literis בגד כפת solet enim scheua illud leue poni cum memoratis literis, quando scribuntur à principio dictionis, aut ueniunt post scheua quiescens, sicut in hoc loco.

Elias. 2

Præterea in præterito, pe semper pathatur: residuum uero coniugationis, tam quo ad lectionem quàm quo ad punctuationem non differt à coniugatione piel.

Seb. Munsterus.

Vt הִתְטַבֵּל tinxit se: hæc forma punctorum in nullo modo mutatur, ubiq; enim manet תְּטַבֵּל In præterito adijcitur à fronte litera he, & in participio mem hirec, & in futuro איתן

Hirec

Hirec infinitiuus & hirec imperatiuus non differunt à forma præteriti.

Elias. 3

Participium præsens habet additionem literæ mem in capite cum puncto hirec, & ipsum sequitur tau cum scheua quiescente. Et hic quoq; abijcitur litera he. Nam sic formari debuerat מְהִתְפַּקֵּד quemadmodum scripsimus in benoni hiphil, sed dicimus מִתְפַּקֵּד Paul, seu participium præteritum non est in hac coniugatione.

4 Infinitiuus non differt à præterito, nec abijcitur litera he, etiam si accesserint literæ bachlam. Sic imperatiuus semper retinet he: sed in futuro cadit he, ut in participio præsenti: & punctuantur literæ איתן cum hirec, ut in coniugatione kal & niphal. Habet etiam plerunq; ainpoal zere, ut אֶתְחַלֵּךְ לִפְנֵי יְהוָה idest, Ambulabo coram

c Domino

Domino: Psalmo centesimo decimo/ sexto. & raro uenit cum pathah: ut, אַל תִּתְחַדַּר לִפְנֵי מֶלֶךְ idest, Ne glo/ rieris coram rege: Prouerbiorum uige/ simoquinto. & alia similia. Quando autem ainpoal fuerit gutturalis, expli/ cabitur tibi forma illius in tractatulo Cantici.

Seb. Munsterus.

Forma ista est, quod dages pathah in uerbis habentibus mediam guttura lem, aut res literam, mutātur in camez uocem magnam: ut הִתְפָּאֵר אֶתְפָּאֵר מִתְפָּאֵר idest, decorauit se.

Elias. 5

Sed & hoc diligenter notabis, quod per totam coniugationem tau hithpaal semper præcedit pepoal, seu primam radicalem literam: quemad/ modum suprà quoq; scripsimus: nisi quando pepoal fuerit una ex literis

זסשץ tunc enim alia erit illius forma: Si tau uenerit ad literas samech uel schin, ponitur tau ipsum post pepoal: ut וְיִשְׁתַּמֵּר חֻקּוֹת עָמְרִי idest, Et ob/ seruabit leges Amri: Micheæ septi/ mo. וְיִסְתַּבֵּל הֶחָגָב idest, Et impin/ guabit se locusta: Ecclesiastici duode/ cimo. Cum zade uerò, uertitur ת in ט ut מַה נִּצְטַדֵּק idest, Quomodo iustificabimur: Geneseos quadragesi/ moquarto. Et cum zain uertitur in da/ leth, ut הִזְדַּמִּנְתּוּן לְמֵימַר idest, Pro/ ducitis tempus ad loquendum: Danie lis secundo capite.

6 Videtur tamen nobis, non subesse rationē, ut deriuemus hoc po/ sterius uerbum ab הִזְדַּמִּנְתּוּן idq; ob duas causas. Vna est, quòd illa sit di/ ctio Syriaca: altera, quòd in מַסּוֹרֶת inuenitur ita scriptum: הִזַּמִּנְתּוּן qui/ dem scribitur, & legitur הִזְדַּמִּנְתּוּן

Et eſt una de duabus dictionibus quę leguntur cum daleth & ſcribuntur ſine eo. Sed eſt adhuc dubium apud illos, num ſcribi debeat cum daleth aut abſque eo, etiam ſi inueniamus magiſtros in Thalmud ſic conſueuiſſe facere, dum dicunt גּוּרְמָן לוֹ צְבִי paratus ei hinnulus, גּוּרְסָן חַדִּין obnoxius factus iuri: uerum non eſt cõueniens, ut ſic agamus in lingua Hebraica: nam ĩdem Magiſtri dicere conſueuerunt, Phraſis ſeu lingua Biblica ſeorſum, phraſis Thalmud ſeorſum.

Seb. Munſterus.

Hoc eſt, habet purus Hebraiſmus in ſacris Bibliĳs ſuum regulatum modum loquendi, habet & Thalmud ſuum confuſiſſimum chaos & irregularem loquendi formam, ut qui uerum Hebraiſmum callet, in Thalmud nihil ferè ſine præceptore intelligat.

Elias

Elias. 7

Inſuper quum ſcrutati fuerimus totam Bibliam, non inuenimus radicem ullam cuius pepoal ſit zain, quæ opus habuerit pro ſua inflexione coniugatione hithpaal, ſed ſatisfacit illis coniugatio niphal in quarta ſua ſignificatione: quemadmodum dictum eſt Oratione prima, fundamento octauo, ſigno quarto. Porrò dictionem רַחֲצוּ הִזַּכּוּ ideſt lauamini, mundamini: Iſaiæ primo capite: inuenies in libro Compoſitionis. Sic dictionem, וְהִתְשׁוֹטַטְנָה בַּגְּדֵרוֹת ideſt, Circuite per ſepes: Ieremiæ quadrageſimonono: inuenies quoq; in eodem Compoſitionis libro. Verum nunc uertam faciem meam ad explicandum defectiua, & deinde quieſcentia, atque tandem duplicata, compendioſius quo potero.

in quo declaratur ordo deficientium in pe nun, quale est נָגַשׁ appropinquauit.

Elias. 1

CONiugatio kal seu leuis, in hunc modum formatur. Præteritum & utrunq; participium formantur sicut in perfectis. Sic infinitiuus plerūq; integre uenit, ut נָפוֹל תִּפּוֹל ideſt, Cadendo cades: Esther quarto. Sic הָלוֹךְ וְנָסוֹעַ ideſt, Eundo & proficiscendo: Geneſis duodecimo. Sunt etiam quæ ueniunt cum defectu nun, & cum additione tau in fine loco nun pepoal: ut גְּשָׁת appropinquare. Sed & imperatiuus plerunq; uenit integre: ut נְצוֹר בְּנִי ideſt, Custodi fili mi: Prouerbiorum sexto. Venit quoq; cum defectu literæ nun, ut גַּשׁ uel גּוֹשׁ uel גַּשׁ appropinqua. Sic שַׁל נַעֲלֶךָ ideſt, Solue

Solue calciamentum tuum: Exodi tertio. Et in plurali, גְּשׁוּ uel גּוֹשׁוּ accedite. Et in fœminino singulari, גּוֹשִׁי חֲלוֹם ideſt, Accede huc: Ruth undecimo. & in plurali גְּשֻׁנָּה uel גַּשְׁנָה accedite. Hoc autem dicimus ex certa coniectura, quia non inueniuntur in sacris Biblijs.

Seb. Munsterus.

Verba huius ordinis plerunq; abijciunt in infinitiuo, imperatiuo & futuro nun primam radicalem literam: in multis etiā manet, præsertim in his quorum media radicalis est gutturalis, ubi scilicet defectus nun nequit signari. In infinitiuo loco nun abiectæ literæ adijcitur uerbo in fine litera tau. Idem fit in tertio ordine.

Elias. 2

Futurum plerunq; uenit cum defectu nun, & loco eius ponitur dages in

ainpoal: ut אֶגַּשׁ accedam, יִגַּשׁ accedet: & cætera: cum puncto pathah, uel cum holem, ut אֶפּוֹל cadam, יִפּוֹל cadet. Inueniuntur quoq; pauca quæ ueniunt integre: ut וְתוֹרָתוֹ יִנְצֹרוּ id est, Et legem eius custodiant: Psalmo centesimo quarto. Quando uero ainpoal est gutturalis, uenit radix illa ut plurimum integre. Exemplum. לֹא תִנְאָף ideſt, Non mœchaberis: Exodi uigesimo. וְלֶחֶם סְתָרִים יִנְעָם ideſt, Et panis absconditus dulcescit: Prouerbiorum nono. הֲיִנְהַק פֶּרֶא ideſt, Num rugiet onager? Iob sexto: & similia. Excipiuntur tamen pauca, in quibus literæ איתן ueniunt cum puncto zere loco literæ nun: ut מִי יַחַת עָלֵינוּ ideſt, Quis opprimet nos? Ieremiæ decimo. וַתֵּהֹם כָּל הָעִיר ideſt, Et uociferata est tota ciuitas: Ruth primo capite. & similia.

Coniu

5 Coniugatio piel & pual in defectiuis nun, quādoquidem utraq; semper habeat mediam radicalem literam dageſſatā, ut iam didiciſti: in hoc ordine ſemper uenit integre, quū non ſit uia qua defectus nun ſignari poſſit. Siquidem non poteris ponere dages in ainpoal, quod ſuppleat defectum literæ nun, quum iam ex ipſa coniugatione litera illa habeat dages: nec competūt duo dages in unam literam, nec unum dages ſignare poteſt duas res. Hinc igitur eſt, quod ea uerba ſemper integra ueniunt.

In piel nullus defectus

Seb. Munſterus.

Habeto pro regula generali, quod omne uerbum de ſecundo & tertio ordine eſt uerbū perfectum in hac ſecunda coniugatione, hoc eſt, talia uerba nunquam abiiciūt nun aut iod in hac coniugatione, ſicut nec in hithpael.

Elias

Elias. 4

Et nota, quod non est differentia in isto ordine inter personas præteriti niphal, & personas præteriti piel: quia tam illa quàm ista habent ainpoal dagessatum, licet diuersa ratione. In niphal quidem dagessatur, ad repræsentãdum defectum nun radicalis literæ. In piel uerò est signum coniugationis: ut, לֹא נִבַּר שׁוּעַ לִפְנֵי רַל ideſt, Non cognoscitur diues ante pauperem: Iob trigesimoquarto: quod est præteritum in niphal. item, נִבַּר אֱלֹהִים אוֹתוֹ id est, Agnouit eum deus: primi Regum uigesimotertio: quod est præteritum in piel. Et in hunc modum, cognosces in omni loco, iuxta rei congruentiam & tenorem sententiæ, num oblatum uerbum sit niphal uel piel. Sunt & alia signa, per quæ discrimen notari potest: uerum, non est hic locus ubi diu

diutius immorandum nobis sit.

Seb. Munsterus.

Habetur in uigesimoquarto capite Exodi, וְנִגַּשׁ מֹשֶׁה לְבַדּוֹ quod ego sæpe sic legi, Et penetrabat Moses solus: quasi esset uerbum piel. At multi Hebræorum exponunt passiuè, nempe in hunc modum, Et adductus est Moses solus. Idem sentiendum Exodi capite trigesimoquarto, ubi scriptum est, נִגְּשׁוּ כָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל ideſt, Adducti sunt omnes filij Israel.

Elias. 5

Coniugatio hiphil & hophal in defectiuis literæ nun non differt, quantum attinet ad puncta à perfectis, nisi quod deficit nun radicale, & loco eius ponitur dages in ainpoal. Coniugatio uerò hithpaal uenit integra, sicut in perfectorum ordine: & huius rei rationem

nem ſignauimus ſuprà in coniugatio/ ne piel.

Seb. Munſterus.

Non omnia, ſed maior pars uerbo rum in hoc ordine abĳciunt in hiphil primam radicalem nun: nam à נָחַל fit הִנְחִיל ideſt, Fecit hæreditare. In hithpael nullum uerbum huius ordi/ nis poteſt uenire cum defectu nun, eo quod defectus non poſſit ſignari, quũ media radicalis litera ratione coniuga/ tionis habeat dages.

Elias. 6

Præterea ſciendum, quod ſunt quædam radices, quarum pepoal eſt iod: & hæ quoquè inſequuntur nor/ mam defectiuorum in pe nun, uocan/ turq; defectiua in pe iod. Sunt autem omnes radices, quæ pro ainpoal ha/ bent zade: ut נָצַב ſtetit, נָצַג poſuit, נָצַע ſtrauit, נָצַק fudit, נָצַר forma/ uit

Defectiua in pe iod

uit, נָצַת accendit. Hinc enim dices, נָצַג גְּבוּלוֹת עַמִּים ideſt, Conſtituet terminos populorum: Deuteronomĳ trigeſimoſecundo. אַצִּיגָה נָא ideſt, Conſtituam nunc: Geneſis trigeſimo/ tertio. וְאַצִּיעַ שְׁאוֹל ideſt, Et ſternam infernum: Pſalmo cẽteſimo trigeſimo/ nono. וַיָּצֹק שֶׁמֶן עַל רֹאשׁוֹ ideſt, Et fudit oleum ſuper caput eius: Geneſis uigeſimooctauo. בְּטֶרֶם אֶצָּרְךָ ideſt, Prius quàm formarem te: Ieremiæ pri mo. וַתָּצֶת אֵשׁ בְּצִיּוֹן ideſt, Et ſuccen/ dit ignem in Sion: Threnorum unde/ cimo. In quibus omnibus, zade dageſ/ ſatur loco iod pepoal.

Seb. Munſterus.

Hec uerba non mutant in hiphil iod primam radicalem literam, in uau holem: ſed abiecto iod, dageſſant za/ de mediam radicalem: & in kal non fa ciunt in futuro tempore more uerbo/ rum

rum tertij ordinis, iod quiescere in ze/ re uoce magna, sed abiecta iod litera dagessant zade, more uerborum secũ/ di ordinis: unde uocantur defectiua in pe iod.

Elias. 7

Cæterum radix יָצָא exiuit, exci/ pitur à memorata regula. Est etiam alia radix, nempe יָסַח ideſt gyrauit: cuius ainpoal non est zade, & tamen dicimus ab ea. וַיְהִי בִּי הְסִירָם ideſt, Et fuit quum gyrassent: Iob capite pri/ mo. ubi punctus dages in litera kuph ponitur loco iod pepoal: de quo ad/ huc aliquid loquemur in quiescenti/ bus pe iod.

8 Est quoq; & alia quædam radix, cuius pepoal est lamed, uenitq; iuxta modum defectiuorũ in pe nun: & est radix illa לָקַח ideſt accepit, tu/ lit: à quo dices, אֶקַּח ideſt accipiam,

יִקַּח accipiet, supplente dages literam lamed pepoal. Nec inuenitur lamed a/ liud præter istud, quod ullo modo de/ ficiat. Deficit autem illud, quod tam frequenter hac radice utamur. Abiicitur etiam interdum dages ipsum: ut, וְיִקְחוּ אֵלֶיךָ ideſt, Et accipient ad te: Numeri decimonono capite. וְאֶקַּח פַּת לֶחֶם ideſt, Et accipiam frustum panis: Geneseos capite decimooctauo. In quibus exemplis, kuph est le/ ne, & non dagessatum, sicut & in radi/ ce נָסַע De qua וַיִּסְעוּ וַיַּחֲנוּ ideſt, Et profecti sunt atque castrametati: Nu/ meri trigesimotertio: & similia. Vbi li/ tera samech dagessari debuerat, sed ra phatur propter frequentem usum ra/ dicis נסע

Seb. Munsterus.

Omnis litera, præter gutturales literas, dicitur raphari quando non da

gessatur

gessatur, etiam si non sit una ex literis בגד כפת non quod omnibus imponatur raphe, quod solum est sex iam memoratarum literarum, sed hæc uirgula raphe denotat hic laxationem. Laxari autem litera dicitur, quando non fortiter per punctum dages, sed leniter absq; dages profertur.

Elias. 9

Sunt tamen qui dicunt, uocabulum לקח duas habere radices, nempe לָקַח & נָקַח A לקח formantur præterita & participia, à נקח uerò futura: sicut & uocabulum הלך inuenitur habere duas radices, uidelicet הָלַךְ & יָלַךְ Ab הלך formantur præterita & participia, & à יָלַךְ futura, ut אֵלֵךְ uadam, יֵלֵךְ uadet: & cætera. Sed prima opinio conueniẽtior apparet propter multas rationes, quas hic breuitatis causa omittimus.

Funda

FVNDAMENTVM SEXTVM, in quo declaratur ordo quiescentium in pe aleph & iod, ut sunt אָמַר & יָשַׁב

Elias. 1

Coniugatio quiescentium in pe aleph, uenit integra usque ad futurum. In futuro enim quiescit aleph radicale: ut אוֹמַר dicam, יֹאמַר dicet: & cætera: ubi dici debuerat יֶאֱמֹר אֶאֱמוֹר & cætera.

Seb. Munsterus.

Quiescunt hæc uerba in futuro dupliciter: in prima enim persona sic quiescit aleph in holem, ut expresse non scribatur: in reliquis uero personis litera aleph scribitur, sed non legitur, quũ non habeat proprium punctum. Omnis autem litera quæ non legitur, quiescit quantumlibet scribatur. Vnde in propositis exemplis, holem scribi de-

bet ſupra literas איתן & non ſuper aleph quieſcente.

Elias. 2

Et nota, quando יֹאמַר & תֹּאמַר ueniunt cum uau conuerſiuo, mutatur pathah in ſægol: ut וַיֹּאמֶר & dixit, וַתֹּאמֶר & dixiſti. Quãdo uerò ueniũt in pauſa, redeunt ad priſtinã formam uidelicet deſinentia in pathah: ut וַיַּעַן אִיּוֹב וַיֹּאמַר ideſt, Et reſpondit Iob & dixit: Iob tertio. הֵעִיזָה פָּנֶיהָ וַתֹּאמַר לוֹ ideſt, Indurauit faciem ſuam, & dixit ei: Prouerbiorum ſeptimo. Et quia dictio לוֹ eſt dictio parua, perinde eſt ac ſi finis ſententiæ terminaretur in dictionem ותאמר

Seb. Munſterus.

Eſt etiam alia regula in tractatu Accentuum, quod ויאמר deſinit in ſægol, quando habet accentum in penultima, & in pathah quando accentus ſcribi

ſcribitur in ultima dictionis ſyllaba.

Elias. 3

Sciendum quoq;, quod reſidui huius coniugationis modi ueniunt ut in perfectis, nec unquam quieſcit in eis litera aleph: niſi quod in quibuſdam eorum mutantur puncta, idq; propter literam gutturalem aleph. Sic in cæteris gutturalibus literis, nempe אהעה migrat punctus hirec ſub nun paſſiua litera: & item hirec ſub he hiphil, in ſægol: & litera gutturalis quæ uenit poſt nun & he, punctuatur cum hatephſægol uel cum hatephpathah: quemadmodum declarabo in libello Cantici.

Seb. Munſterus.

Senſus eſt, ubi reliquæ literæ habent purum ſcheua, literæ gutturales ſcheuandæ habent ſcheua mixtũ cum pathah uel ſægol: & litera mox præcedens habet ſægol uel pathah: ut ubi

à גָּבַל dico,in futuro יִגְבַּל Ab עָמַר dico אֶעְמֹר & יַעְמֹר Idem iudicium eſt de ſimilibus.

Elias. 4

Inueniuntur denique aliquæ radices ex quieſcentibus in pe aleph,quæ integræ ueniunt, etiam in coniugatione kal: ut ab אָסַר & אָסַת dicitur אֶאְסוֹת colligam, יֶאְסוֹת colliget, אֶאְסֹר uinciam, יֶאְסֹר uinciet. Ratio autē huius eſt,quod rarius illis utimur,ideo non reſcindimus ab eis primam literam.

5 Coniugatio kal ordinis quieſcentium in pe iod (ut eſt יָשַׁב ſedit) formatur iuxta normam perfectorum uerborum, à præterito uſq; ad infinitiuum. Quin & infinitiuum aliquādo ut in perfectis formamus, præſertim quando alteri uerbo coniungitur: ut, יָרוֹד יָרַדְנוּ ideſt,Deſcēdendo deſcendimus

dimus: Geneſis quadrageſimotertio, ſed frequētius uenit cum defectu iod, & tunc loco eius ſcribitur in fine uerbi litera tau: ut שָׁבֶת בָּהָר ideſt,Sedendo in monte:Deuteronomij duodecimo capite.

Seb.Munſterus.

Infinitiuus in hoc ordine quando abijcit literam iod & recipit tau,punctuatur duobus ſægol,niſi quando ultima eſt gutturalis,tunc migrat utrunque ſægol in pathah: ut à יָרַע fit in infinitiuo דַּעַת pro דְּעַת ſcire. Sic à נָבַת permiſit,fit infinitiuus בַּהַת

Elias. 6

Imperatiuus etiam patitur defectum iod:ut שֵׁב ſede, שְׁבוּ ſedete:& cætera. Et meminiſſe te oportet nullum eſſe in forma ipſa diſcrimen inter infinitiuum & imperatiuum huius ordinis & infinitiuum & imperatiuū ordinis

dinis deficientium in nun. Diligenter igitur aduertendum tibi est, ne erres in illis aut similibus.

Seb. Munsterus.

Vt à יָרַע dicitur יַדַּע cognosce, & יַדַּעַת cognoscere: sic à נָגַשׁ fit גַּשׁ propinqua, & גַּשְׁתָּ propinquare. Coincidunt igitur hæc duplicia uerba in imperatiuo & infinitiuo.

Elias. 7

At literæ איתן patenter distinguunt inter hos ordines. Nam in defectiuis nun, איתן punctuantur cum hirec sequente dages, ut תְּגַשׁ יַגַּשׁ & cætera. In isto autem ordine habent zere, quod est uox magna, repræsentans uidelicet iod in ipsa quiescens. Illud enim iod expresse non scribitur, nisi in paucis locis: ut אֵילֵךְ שׁוֹלֵל id est, Incedam dispoliatus: Micheæ primo. & similia.

Ple-

8 Plerunque etiam dum iod scribitur, habet איתן hirec & ain pathah: ut אִירַשׁ sugam, יִירַשׁ suget, אִירַשׁ possidebo, יִירַשׁ possidebit, אִיטַב bonus ero, יִיטַב bonus erit: & similia. Quando uerò iod non scribitur, tunc איתן & ainpoal signantur cum zere: ut אֵשֵׁב sedebo, יֵשֵׁב sedebit: & cætera. Inueniuntur quoq; aliqua quæ ueniunt cum dages loco iod literæ quiescẽtis, ut à יָצַק dicitur אֶשּׁוֹק רוּחִי id est, Effundam spiritũ meum: Isaiæ quadragesimoquarto. & וַיִּשּׁוֹק שֶׁמֶן id est, Effudit oleum: Genesis uigesimooctauo. Sic à יָצַר dicitur בְּטֶרֶם אֲצָרֵךְ id est, Prius quàm formarem te: Ieremiæ primo. & similia.

Seb. Munsterus.

Sunt igitur uerba incipientia à litera iod in triplici differẽtia: quædam & maior quidem pars faciunt in futuro

iod literam quieſcere in zere uoce magna ſub literis איתן Alia retinent iod & punctuant literas איתן more primæ coniugationi conſueto: ut אִירַשׁ יִירַשׁ Tertia abſcondunt iod per dages in ſecunda radicali litera, quæ ſcilicet ſecũdam radicalem literam habent zade: de quibus paulo ſuperius mentio fit, nempe Fundamento quinto, ſigno ſexto. Eſt etiam unum, quod iod mutat in uau ſurec, nempe יָכֹל potuit, אוּכַל potero.

Elias. 9

Hæc autem uerba uocantur defectiua in iod, & non quieſcentia in iod: quia imitantur in futuro, modum defectiuorum in pe nun. Et hæc eſt regula notabilis in Grammatica. Quando uenit dages loco literæ deficientis, tunc uocatur dictio illa, dictio defectiua: ſin uenerit unum ex uocabulis magnis

gnis loco literæ, uocatur dictio illa, Dictio quieſcens, ſeu ex ordine quieſcentium.

10 De his autem prius uidiſti, quum in præcedenti Fundamento, ſigno ſexto, ſcripſerimus multa eſſe uerba defectiua in pe iod, habentia pro ainpoal literam zade: & quum huius rationem indagaremus per omnes libros Grãmaticos, nullam inuenimus. Vnde uiſum eſt nobis promptam reddere rationem, nempe hanc: quandoquidem zade & ſamech magnam habeant affinitatẽ in prolatione, & præſertim quando zade non eſt dageſſatum. Et multi ſint homines, qui penitus nullam faciunt differentiam inter has duas literas dum proferunt eas, præſertim Galli: ut ſi ab illis ſit proferendum futurum uerborum, יָצַב יָצַג יָצַד & ſimilium: utpote אֶצַב ſtabo,

יַצֵּג locabit, iuxta normam quieſcentium in pe iod, audies eos literam zade proferre in hunc modum, אַסַּב יַסַּג Et hinc mihi uidetur, quod zade labente iod dageſſatur, quo fortiorem & duriorem habeat expreſſionē. Scripſimus tamen iam in præcedenti Fundamento, quod pauca ſunt quæ excipiuntur à memorata regula, nec opus eſt ea hic repetere.

Seb. Munſterus.

Non eſt dubium, quin in hac lingua inſtitutor eius uoluerit cauere omnem ambiguitatem quæ ex conſimili naſci poſſet dictionum prolatione: id quod in multis aduerti poteſt exemplis: atq; ideo non pauca contra communem normam uidentur peccare, quum tamen neceſſitas diſtinctæ prolationis illam exegerit diuerſitatem: id quod in uerbis ירא & ראה uidere li

cet

cet. Itē in coniugatione hithpael, quando prima radicalis litera eſt ſchin, ut in חשתמר Poteſt & id notari in dictionibus אִישַׁח & אִשַּׁח & multis ſimilibus: ut taceam de iſtis uerbis quæ primam literam habent iod & ſecundam zade: & cætera.

Elias. 11

Coniugatio paſſiua habet per totum præteritum literam nun cum uau in holem quieſcente: ponituŕq; uau illud loco iod radicalis. Idem fit in participio præſenti. In reliquis uerò modis, uau fit mobile: & punctuatur coniugatio ut in perfectis. Exemplum. A יָדַע cognouit, dices הִוָּדַע cognoſci & cognitus ſis, אִוָּדַע cognoſcar, יִוָּדַע cognoſcetur: & cætera. Mutatur autē iod in uau, quo dages ipſum perceptibilius fiat, & melius in uau quàm in iod cognoſcatur.

Munſte

Seb. Munsterus.

Regulariter tertius ordo in passiua uoce, mutat iod in uau: uau autem illud in præterito & participio est quiescens: in infinitiuo & imperatiuo atque futuro est mobile, propter punctum dages signandum.

Elias. 12

Coniugatio piel & pual in hoc ordine sine defectu ueniunt. Non est enim possibile, ut quiescat litera iod & ponas dages post ipsum, quod est signum huius coniugationis: quum dages nunquam uenire soleat post literam quiescentem.

13 Coniugatio hiphil per totum præteritũ habet he sequente holem loco iod radicalis literæ: ut הוֹשִׁיב collocauit, הוֹשַׁבְתָּ collocasti: & cætera. Sic per totam coniugationem literæ in capite superadditæ habent holem

holem, ut in benoni: מוֹשִׁיב collocans, in infinitiuo & imperatiuo הוֹשִׁיב collocare & colloca, ut in præterito. In futuro, אוֹשִׁיב collocabo, יוֹשִׁיב collocabit: & cætera. Excipitur participium præteritum, in quo post literam mem semper sequitur schurec, idq; per totũ hiphil, non tam in perfectis quàm in imperfectis uerbis. Punctuatur autem ainpoal per totam istam coniugationem, sicut in perfectis.

Seb. Munsterus.

Solum initium in ista coniugatione & ordine differt ab initio hiphil uerborum perfectorum, nempe quod iod prima radicalis litera mutatur in uau, holem: reliqua non differunt à uerbis perfectis.

Elias. 14

Id quoq; hic aduertendum, quod illa uerba quæ in futuro kal interdum

reti

retinent iod radicalem literam expreſ/ſe ſcriptam,quorum ſuprà mẽtionem fecimus:hic quoq; in coniugatione hi/phil,iod non abijciunt:ſed habent an/te iod, zere uocem magnam, quæ iod ipſum explicet: ut à יָטַב bonus fuit, dices הֵטֵב אֵטֵב ideſt, Benefaciendo benefaciam:Geneſeos trigeſimoſecun do capite.Et à יָמַן dicitur אִם הַשְׂמֹאל וְאֵימִינָה ideſt, Si ſiniſtram tenueris, ego dextrã eligam:Geneſeos decimo/tertio. Sic ab יָלַל ululauit, אֶסְפְּרָה וְאֵילִילָה ideſt, Plangam & ululabo: Micheæ primo. In hunc quoq; mo/dum he præteriti,infinitiui & impera/tiui, & mem participij præſentis ha/bent zere:ut הֵטֵיב מֵטִיב benefacien/do benefaciens, הֵטִיבוּ דַרְכֵיכֶם ideſt, Benefacite uias ueſtras:Ieremiæ ſepti/mo. & ſimilia.

15 Coniugatio hophal in hoc ordine

ordine habet he punctuatũ cum ſchu/rec:ut וְיוֹסֵף הוּרַד ideſt,Et Ioſeph de/miſſus eſt: Geneſis trigeſimo.Eadem forma eſt in quieſcẽtibus ain:ut חוֹסֵם erectus eſt:& in duplicatis, חוֹסֵב cir/cundatus eſt. In tribus his, he habet ſchurec,nec eſt differentia inter ea quo ad punctuationẽ:in reliquis uero per/ſonis præteriti,eſt diſcrimen inter du/plicata & inter quieſcentia in pe & ain: quemadmodum declarabitur in hac Oratione, fudamento duodecimo, ſi/gno octauo.

16 Coniugatio hithpael per om/nes modos uenit integra:ut à יָלַד ge/nuit, וַיִּתְיַלְּדוּ ideſt,Et geniti ſunt: Nu/meri primo capite.Et à יָעַץ conſuluit, וַיִּתְיָעֲצוּ ideſt, Et conſilium inierunt: Pſalmo octogeſimo. & ſimilia. Ta/men ſæpe uertitur litera iod in uau mo bile,iuxta rationem quam ſignauimus

ſuprà

ſuprà in niphal: ut à יָדַע cognouit, בְּהִתְוַדַּע יוֹסֵף ideſt, Quum cognitus eſſet Ioſeph: Geneſeos quadrageſimo quinto. & à יָרָה iecit, וְהִתְוָרָה עָלָיו ideſt, Et proiiciet ſuper eum: Leuitici decimoſexto. & ſimilia.

Seb. Munſterus.

Ratio quam ſuprà in niphal ſignauit, non poteſt ſatisfacere huic loco: illic enim ſit uau mobile, ut punctus dages habet in eo locum: hic autem non eſt opus punctulo dages in litera uau, quum nulla litera poſt ſcheua recipiat dages, præter בגר כפת

FVNDAMENTVM SEPTIMVM

in quo declaratur punctuatio coniugationis kal & niphal uerborum quieſcientium in ain uau, quale eſt קוֹם

Elias. 1

PRæteritum ſingulare in hoc ordine, habet

ne habet ſub pe camez ad deſignandum quietem literæ uau, etiam ſi non ſit mos, quòd camez repræſentet literam uau, ſed potius aleph. Nam ſolet holem repræſentare uau, & illud holem hic uertitur in camez, quo præteritum kal in ordine conforme fiat reliquis ordinibus, qui omnes in præterito kal habent camez ſub pe, exceptis duplicatis: id quod fuſius declarabitur in Fundamẽto duodecimo huius orationis, ſigno ſecundo.

Seb. Munſterus.

Quæ ueniunt ex duplicatis, faciunt præteritum in pathah, ut differant à præterito uerborum quarti ordinis: ut hic dicis סָם ſurrexit, illic uerò סַב circuiuit: & in ſecunda perſona סַמְתָּ ſurrexiſti, סַבּוֹתָ circuiuiſti: & cætera.

Elias. 2

Inuenitur etiam aleph ſcriptũ poſt

camez in dictione וְקָאם שְׁאוֹן ideſt, Et ſurrexit uaſtitas: Hoſeæ undecimo. ubi quieſcit. Inuenitur quoq; mobile, nempe in dictione וְרָאֲמָה וְיָשְׁבָה id eſt, Et alta erit atq; ſedebit: Zachariæ decimoquarto. Et iſta duo aleph ſunt loco uau. Sic quoquè in tertia pluralis maſculini, & tertia fœminini ſingularis, pe camezatur. Et quando habet accentum in penultima, indicium eſt uau quieſcere: ut עָמְדוּ ſurrexerunt, עָמַד ſurrexit: ſed in reliquis perſonis pe pathatur, ut עָמַדְתָּ ſurrexiſti, עָמַדְתִּי ſurrexi: & cætera. Et hoc fit propter ſcheua quod quieſcere ſolet per totum præteritũ kal: alioquin ſi pe camezaretur, non poſſet ſcheua quieſcere, ſed moueretur: quemadmodum id fuſius declarabo in tractatu Cantici.

Accentus modum mutat

Seb. Munſterus.

Nunquam enim uenit poſt ſcheua mobile

mobile dages ſiue leue ſiue forte: mutatur igitur hic camez in pathah, ne ſcheua poſt camez mobile fiat, atq; tau littera primæ & ſecundæ perſonæ poſt ſcheua mobile priuetur dages.

Elias. 3

Venit quoq; præteritum cum zere iuxta formam פָּעַל ut בַּאֲשֶׁר מֵת אַהֲרֹן ideſt, Vt mortuus eſt Aharon: Deuteronomij trigeſimoſecundo. כִּי מֵתוּ כָל הָאֲנָשִׁים ideſt, Quoniã mortui ſunt omnes uiri: Exodi tertio. Et in forma פָּעוֹל habes Geneſeos quadrageſimoquarto: הַבֹּקֶר אוֹר ideſt, Mane illuxit. Item כִּי־אוֹרוּ עֵינָי ideſt, Quoniam illuxerunt oculi mei: primi Regũ decimoquarto. & ſimilia pauca.

4 Participium præſens per totum habet ſub pe camez: nec eſt differentia inter hoc participium ſingularis maſculini, & tertiam perſonam ſingu-

laris masculini præteriti: ut בָּא אָחִיךָ בְּמִרְמָה ideſt, Venit frater tuus cum dolo: Geneſeos uigeſimoſeptimo. ubi ponitur in præterito. Item אֲנִכִי בָּא אֵלֶיךָ בְּעַב הֶעָנָן ideſt, Ego uenio ad te in denſitate nubis: Exodi decimonono. quod eſt benoni. In fœminino uerò genere eſt diſcrimen aliquod: nam præteritum eſt מָלְאָה hoc eſt, habet accentum in penultima: ut רָחֵל בָּאָה ideſt, Rahel uenit: Geneſeos uigeſimo nono. Sed participium eſt מְלֹרַעַת hoc eſt, habet accentum in ultima: ut בִּתּוֹ בָּאָה ideſt, Filia eius ueniẽs: Geneſeos uigeſimono. Venit etiam benoni cum zere quando eſt de forma פָּעֵל ut כִּי מֵת אַתָּה ideſt, Quoniam mortuus tu: Iſaiæ trigeſimoſeptimo. Et in forma פָּעוֹל ut טוֹב טוֹבִים bonus, boni.

Seb. Munſterus.

Vt in uerbis primi, ſecundi & tertij ordinis

ordinis, inueniuntur hæ tres formæ in præterito kal פָּעַר cum camez & pathah, חָפַץ cum zere, יָבֹל cum holem: ita in quarto ordine, ubi thema eſt monoſyllabum, inuenitur hæc triplex forma, ut קָם ſurrexit, אוֹר luxit, מֵת mortuus eſt: in ſecunda perſona מַתָּ אַרְתָּ קַמְתָּ

Elias. 5

Participium præteritum, infinitiuus & imperatiuus, omnes iſti modi ueniunt cũ ſchurec, præſertim infinitiuus: ut לֹא אוּכַל קוּם ideſt, Non potero ſurgere: Threnorũ primo. Item in imperatiuo, קוּם קְרָא ideſt, Surge, inuoca: Ionæ primo. Eandem formam habet פָּעוּל licet à uerbo קוּם formari nõ poſſit, quum ſit uerbum neutrum: ſed à uerbo שׂוּם licebit formare participium pręteritum, quum ſit uerbum tranſitiuum: nam dicimus שׂוּם poſi-

tus, שׂוּמִים positi, שׂוּמָה posita: ut מִן אַבְשָׁלוֹם הָיְתָה שׂוּמָה idest, De Absalom fuit posita: secundi Regum decimotertio. Inuenitur quoq; infinitiuus & imperatiuus cum holem: ut, קוֹם יָקוּמוּ idest, Surgendo surgent: Ieremiæ quinquagesimonono. פּוֹר הִתְפֹּרְרָה idest, Dissipando, dissipa: & cætera: Isaiæ uigesimoquarto. Imperatiuus, ut וְשׁוּב אֵלַי idest, Et reuertere ad me: Ieremiæ tertio. מוֹל אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל idest, Circumcide filios Israel: Iosue quinto capite.

6 In futuro, literæ איתן camezantur ad repræsentandũ ainpoal, nempe literam uau: ut אָקוּם surgam, יָקוּם surget: & cætera. Vau uero surecatum & expresse positum, non est ain poal, sed uau protractiõis: sicut est uau in אֶפְקוֹד & יִפְקוֹד & cætera. Sunt tamen qui dicunt, uau illud esse radicale: demonstrantq; id per hęc exempla יָקוּמוּ תָּקוּמוּ in quibus remanet uau. Si enim non esset radicale, dicendum esset יָקְמוּ תָּקְמוּ iuxta formã יִפְקְדוּ ubi uau extruditur.

7 Sunt etiam quæ inueniuntur cum holem, ut אַל תָּקוּץ בְּתוֹבַחְתּוֹ idest, Ne fastidium habeas in correptione eius: Prouerbiorum tertio. Sic quoq; in מַסּוֹרֶת hoc est, in Biblicis Annotationibus & collationibus, ubicunq; inueneris יָחוֹס & תָּחוֹס semper habẽt holem, præter unum quod habet schurec: ut לֹא תָחוּס עֵינָם idest, Non parcet oculus eorũ: Ezechielis nono. Sic ubicunque inueneris scriptum אָחוּס semper habet schurec. Porrò in pausa uenit futurum semper cum holem: ut, יְהִי רְאוּבֵן וְאַל יָמוֹת idest, Viuat Ruben & non moriatur: Deuteronomij capite uigesimosecundo

do. שְׁלֹשִׁים שָׁנָה וַיָּמוֹת ideſt, Trigin ta annorum & mortuus eſt: Geneſeos octauo. Sed extra pauſam redit holem in camezhateph, idq́ꝫ potiſſimum cum uau conuerſiuo: ut וַיָּקָם אַבְרָהָם ideſt, Et ſurrexit Abraham: Geneſeos uigeſimoquarto. וַיָּקָץ מוֹאָב ideſt, Et abominatus eſt Moab: Numeri uigeſimoſecundo. Sic quoqꝫ ſine uau hippuch ſeu conuerſiuo quando ſubiungitur dictioni paruæ: ut יָשָׁב נָא אַפְּךָ ideſt, Auertatur quæſo ira tua: Iſaiæ duodecimo. תָּשָׁב נָא נֶפֶשׁ הַיֶּלֶד ideſt, Reuertarur obſecro anima pueri: tertij Regum decimoſeptimo. In quibus exemplis alterum camez uocatur hatephcamez, non obſtante quod nullum pũctum camez iuxta ipſum ſcheua ſcribitur: de quo clarius & perſpicacius aliquid inuenies in noſtro Cantici tractatulo.

Seb.

Seb. Munſterus.

In libro Cantici facit Elias diſcrimen inter hatephcamez & camezhateph. Hatephcamez expreſſe ſcribitur cum ſcheua: ſed camezhateph nõ ſcribitur cum ſcheua, & tamen poteſt ipſum ſequi dages, unde & camez paruum uocari poteſt.

Elias. 8

Coniugatio paſſiua habet in præterito nun camezatum pro tribus perſonis abſentibus: ut נָכוֹן paratus eſt, נָכוֹנוּ parati ſunt, נָכוֹנָה parata eſt. In reliquis uero perſonis uertitur camez more ſuo in ſcheua, & holem migrat in ſchurec: ut כִּי־נְכוֹנוֹתִי ideſt, Quoniam paratus fui: Iſaiæ decimo capite. נְפוּגוֹתִי וְנִרְבֵּאתִי ideſt, Diſſolutus & contritus ſum: Pſalmo trigeſimooctauo. ne ſcilicet ſint duo holem pariter.

9 Participium præſens in ſingulari

gulari non differt à præterito:at in reliquis perſonis migrat camez in ſcheua: ut נָבוֹן נְבוֹנִים rectus,recti:& cætera. Infinitiuus & imperatiuus ueniũt cum he hirecato à capite ſequente dages, haud ſecus quàm in perfectis:ut הִכּוֹן paratus eſto. Et in futuro אֶכּוֹן יִכּוֹן parabor,parabitur:& cætera.

Seb.Munſterus.

Dages illud ſuccedit in locum nun paſſiuæ literæ,præponiturq; in imperatiuo & infinitiuo litera he,ut dages illud forte fiat.

FVNDAMENTVM OCTAVVM

in quo probabiliter oſtenditur coniugationem piel,quæ eſt in iſto ordine,eſſe coniugationẽ illam quam aliqui grammatici uocant quadratam.

Elias.

NVnc de Coniugatione piel & pual

pual, præſertim quum peruenerimus ad eum locũ,cuius meminimus à principio Orationis primæ,in quo probabimus,coniugationem quadratam regulariter non inueniri,aut certe in paucis uerbis. Sciendum igitur,quod quidam Grammatici dixerunt ſuper his uerbis תְּאַבְלֵהוּ אֵשׁ ideſt,Deuorabit eum ignis: Iob undecimo. & לְלַשְׁנִי בַּסֵּתֶר ideſt, Detrahentẽ mihi in ſecreto:Pſalmo centeſimoprimo. לְמִשַּׁמְּטִי אֶתְחַנַּן ideſt, Iudicantem me deprecabor: Iob nono. hæc exempla eſſe de coniugatione quadrata, idq; propter hatephcamez quod eſt ſub pepoal eorum: ſcheua uero aiũt eſſe loco holem ad repræſentandum uau quieſcentem literam poſt pepoal:ut ſint radices eorum אוּבַל לוּשַׁן שׁוּמַּם quarum quælibet conſtare uidetur quatuor eſſentialibus literis.

Attamen

2 Attamen ingenioſiores Gram matici confutant illorum opinionem, qui taliter ſentiunt: aiuntq́, non addu cẽdam rationem ex memoratis tribus exemplis, quum alia præter illa non in ueniãtur. Nam uolunt illa omnino eſ ſe irregularia, aut certe cõpoſita, quem admodum id declarabimus in libello Compoſitionis, de ſingulis mẽtionem facturus in ſuo loco. Et quòd ultra di cunt, in iſto ordine inueniri uera qua drata: ut à בוֹן dicitur בּוֹנֵן Intelle ctum præſtitit, ubi uau quieſcens eſt ainpoal, & hinc ſequuntur duo nun, quæ ſunt duo lamedpoal: ut ſic con ſtet uerbum illud quatuor radicalibus literis: & in hunc modum, huiuſmodi uerba iuxta illorum interpretationem, uera quadrata uocari poſſunt. Solent ingenioſiores Grammatici ad hoc re ſpondere, quòd uerum quidem ſit in שׁוֹבֵב

שׁוֹמֵם & ſimilibus, dupli cari lamedpoal: ſed ea ſunt de coniuga tione piel dageſſata & non quadrata, ut ipſi dicunt. Et quoniam uau in illis eſt litera quieſcens, non poteſt fieri ut more coniugationis piel dageſſetur, quum dages nunquam ponatur in li tera quieſcẽte, ſed loco eius duplicatur lamedpoal, diciturq́ בּוֹנֵן pro בִּנֵּן pa rauit, ſeu direxit.

Seb. Munſterus.

Hæc diligentiſſime ſunt obſeruan da, nempe quod loco dages duplica tur tertia radicalis, præſertim quum li tera dageſſata ualeat literam duplica tam, & uau quieſcẽs non ſit capax pun ctuli dages. Quod autem hæc uerba ſint de cõiugatione piel, probant mem litera participij atq́ literæ futuri tem poris אֵיתָן quæ punctuãtur cum ſche ua, ſicut omnia uerba piel. Probatur id

quoq́

quoq; ex hithpael,ut Elias iam declarabit:& ex transitiua significatione huius coniugationis.

Elias.

Et huius ratio colligi potest ex hithpael uerborum huius ordinis,in quibus etiam duplicatur lamedpoal loco pũcti dages:dicimusq; הִתְבּוֹנֵן pro הִתְבּוֹנֵן parauit se.Eadem ratione in pual, quod dagessari debuerat, dicimus בְּאֵין תְּהוֹמוֹת חוֹלָלְתִּי ideſt,Dum non essent abyssi concepta sum:Prouerbiorum octauo.ubi dicẽdum alioquin fuerat מֵיהוָה מִצְעֲדֵי גֶבֶר כּוֹנָנוּ חֻלַּתִּי Sic ideſt, A Domino gressus uiri dispo/nuntur: Psalmo trigesimosexto.quod est de coniugatione pual, & scribitur loco בָּנוּ Idem sentiendum in futuro, ut כְּמוֹץ יְסוֹעֲרֶנּוּ מִגֹּרֶן ideſt,Sicut palea deturbabitur ex horreo : Hoseæ decimotertio. Item וְיִמּוֹלֵל וְיֵבֵשׁ id/est

est,Excidetur & arescet:Psalmo nonagesimo. Quæ sunt de coniugatione pual huius ordinis. Qui autem dicunt ea esse de coniugatione quadrata,necesse est ut dicant ea esse uerba neutra. Sed nos longè aliter sentimus,quum inueniamus multa uerba de coniugatione ista transitiua. Præterea & id nobis potest esse suffragio, quod memorata coniugatio quam illi quadratam uocant,habẽda sit pro piel,quod eam æque sæpenumero inueniamus transitiuam ut cõiugationem piel,quæ fermè semper est transitiua: ut scripsimus in Fundamento suo. Proinde licebit & alia ratione ostendere hanc coniugationẽ usurpari loco piel.Nam si aduerteris participium præsens & præteritum,uidebis utrunq; à fronte habere literam mem scheuatam, ut in piel: quin & hæ quatuor literæ בַּבְלַם atq;

atque אֵיתָן habent ſcheua iuxta morem ipſius coniugationis piel. Eſt tamen differentia aliqua inter benoni & paul: quia benoni deſinit in zere: ut, מְשׁוֹבֵב נְתִיבוֹת ideſt, Reducens ſemitas: Iſaiæ quinquageſimooctauo. Paul uero deſinit in camez: ut וְהוּא מְחוֹלָל מִפְּשָׁעֵינוּ ideſt, Et ipſe uulneratus propter iniquitates noſtras: Iſaiæ quinquageſimotertio capite.

4 Regula. Coniugatio piel in iſto ordine habet pe punctuatum cum holem, ad repræſentandum literam uau quieſcentem, quæ radicis ain poal eſt, & duplicatur in ea lamedpoal loco dages Punctum uero literis à capite addendis ſubſternēdum eſt ſcheua, iuxta formam coniugationis piel. Eandem formam ſeruat coniugatio pual, nec eſt inter hanc & illam differentia ulla, niſi in ipſo ſignificato: ut, בוננו

בּוֹנְנוּ חִצָּם ideſt, Parauerunt ſagittam ſuam: Pſalmo decimoſexto. quod eſt de coniugatione quam nos piel uocamus. & וּמִיהוָה מִצְעֲדֵי גֶבֶר בּוֹנָנוּ ideſt Et à Domino greſſus uiri diriguntur. quod eſt de coniugatione pual. Item, חוֹלַלְתָּ יָדָיו ideſt, Et formauit manus eius: Pſalmo octuageſimonono. de cō iugatione piel. Sic לְפָנֵי גְבָעוֹת חוֹלָלְתִּי ideſt, Ante colles formata ſum: Prouerbiorum octauo capite. quod eſt de coniugatione pual, quemadmodū ſuprà ſcripſimus.

Seb. Munſterus.

Omnia itaq; uerba quarti ordinis, quæ in prima coniugatione ſunt neutra, fiunt in hac coniugatione quadrata, ſiue piel tranſitiua: ut à קָם ſurrexit, קוֹמֵם erexit, רָם eminuit, רוֹמֵם exaltauit, שָׁב reuerſus eſt, שׁוֹבֵב reduxit: & cætera.

Elias. 5

Coniugatio hiphil habet per totum præteritũ à capite literam he cum zere,& in tribus tertijs personis habet literam pe hirecatam: ut הֵקִים הֵקִימוּ הֵקִימָה In reliquis uero personis eadem litera habet pathah, ut הֲקִמְתָּ הֲקַמְתִּי & cætera.tametsi in illis personis litera pe aliquando retineat hirec, sed tunc he habet hatephpathah uel hatephsægol. Exemplum, הֲקִימוֹתָ הֲקַימוֹתִי erexisti, erexi: & הֲקִיצוֹתָ הֲקִיצוֹתִי exuscitasti,exuscitaui uel euigilaui:unde הֲקִיצוֹתִי כִּי יְהוָה יִסְמְכֵנִי ideſt,Euigilaui quoniam Dominus sustentabit me:Psalmo tertio.

Seb.Munsterus.

Coniugantur uerba hiphil in ordine quarto in præterito duplici modo: nempe sic, הֵקִים הֲקַמְתָּ הֲקַמְתִּי uel הֵקִים הֲקִימוֹתָ הֲקִימוֹתִי Et habent ple

plerunq; eandem cum uerbis piel significationẽ:ut קוֹמֵם uel הֵקִים erexit, שׁוֹבֵב uel הֵשִׁיב reduxit.

Elias. 6

Participium præsens habet mem cum zere,ut he præteriti. In reliquis uero personis uertitur zere more suo in scheua:ut מֵקִים erigens, מְקִימִים erigentes:& cætera.Participium præteritum habet mem schurecatũ,ut ubique habere solet in coniugatione hiphil. Exemplum, מוּקָם erectus, מוּקָמִים erecti:& cætera.Infinitiuus & imperatiuus ambo habent he camezatũ,quo scilicet discrimen aliquod sit inter ipsos & inter præteritũ. Pepoal uero habet zere:ut הָקֵם erige,erigere. At cum literis bachlam pe habet hirec:ut בְּהָקִים לְהָקִים מְהָקִים &c.Sic quoq; imperatiuus pluralis masculini & singularis fœminini habet hirec:ut הָקִימוּ erigite,

תָּקִימִי erige:& cætera.ut iam in perfectorum ordine etiam ſcripſimus.

7 Futurum habet ſub literis איתן camez, quum potius habere deberet zere, ſicut habet mem participij præſentis:de quo iam ſcripſimus regulam,nempe in cõiugatione piel uerborum perfecti ordinis,Oratione ſecunda,fundamento quarto.

Seb.Munſterus.

Ibi dictum eſt, literas איתן in punctis ſemper conformes eſſe puncto, quem habet mem participij præſentis:ſed fallit hic regula,ubi mem habet zere,& literæ futuri temporis habent camez.

Elias. 8

Habet autem futurum ſub literis איתן camez, quo diſcrimen aliquod ſit inter ipſum & futurum kal,quod in quieſcentibus iod ſub איתן habet zere

re:ut אֵשֵׁב ſedebo, יֵשֵׁב ſedebit:& cætera. Et hæc eſt ratio, quur literæ איתן hic punctuantur cum camez ſicut & in kal eiuſdem ordinis,niſi quod uerba in kal habent pe cum ſchurec: ut אָקוּם ſurgam, יָקוּם ſurget:& cætera. hic autem in hiphil pe habet hirec: ut אָקִים faciam ſurgere, ſeu erigam, יָקִים eriget:& cætera.

9 Coniugatio hophal iam à nobis eſt deſcripta in quieſcentibus pe iod,in Oratione iſta,fundamento ſexto,ſigno duodecimo. Coniugatio etiã hithpael iam deſcripta eſt ſuperius in coniugatione piel, Fundamento iſto, ſigno ſecundo:nempe quod ſoleat uenire cum duplicato lamedpoal, & id loco dages: ut הִתְבּוֹנַנְתָּ intellexiſti,intellexiſti:& cætera. Participium præſens, מִתְבּוֹנֵן intelligens. In infinitiuo הִתְבּוֹנֵן intelligere:quæ forma

non dissimilis est præterito. Futurum, אֶתְבּוֹנֵן intelligam, יִתְבּוֹנֵן intelliget: & cætera.

FVNDAMENTVM NONVM, in quo declaratur ordo quiescentium in lamed aleph, ut est קָרָא ideſt, clamauit.

Elias. 1

CONiugatio kal habet per totum præteritum literam aleph quiescentem præcedente eam camez, excepta tertia persona pluralis, & tertia singularis fœminini, ubi aleph mouetur, ut קָרְאוּ clamauerũt, קָרְאָה clamauit.

Seb. Munsterus.

Mouetur in his duobus exemplis aleph, eo quod proprium habet punctum uocale. Reputatur autem uau surrec pro puncto ipso aleph supposito.

Elias. 2

Porrò in participio præsenti & præterito

terito quiescit aleph, sed tantum in singulari masculino, in reliquis autẽ personis mouetur: ut קוֹרֵא uocans, קוֹרְאִים clamantes: &c. קָרוּא uocatus, קְרוּאִים uocati: &c. In infinitiuo קָרֹא uel קְרֹא Et cum literis bachlam בִּקְרֹא Venit quoq; interdum cum tau superaddito, more quiescentiũ in lamed he: de quibus in sequenti Fundamento dicemus. Exemplum, לְבִלְתִּי קְרֹאת לָנוּ ideſt, Non uocando nos: Iudicũ octauo. לְפִי מְלֹאת לְבָבֶל ideſt, Ad implendum Babylonem: Ieremiæ uigesimo nono. & his similia.

3 Sic igitur est in multis locis permutatio quædã huius ordinis cum quiescẽtibus in lamed he, in qua re nos hic non prolixi erimus, quandoquidẽ nihil negocij nobis sit cum his quæ excipiuntur à regula. Imperatiuus, קְרָא uoca, quiescente aleph: in reliquis au-

tem perſonis mouetur:ut קְרָאוּ uoca te, קְרָאִי uoca, קְרָאֲנָה uocate:quod etiam uenire ſolet cum defectu literæ he:ut קְרָאֵן לוֹ וְיֹאכַל לָחֶם ideſt, Vocate eum & comedat panem: Exodi undecimo. Accidit quoq;, quod tam litera aleph quàm nun quieſcunt,nempe in dictione hac, קְרָאן לִי מָרָה id eſt,Vocate me amaram:Ruth primo.

4 Proinde hæ quatuor literæ איתן haud ſecus punctuantur quàm in perfectorum ordine,quieſcitq; litera aleph quando claudit ipſam dictionem: ut אֶקְרָא יִקְרָא & cætera. Sed quando poſt literam aleph ſequitur alia litera, mouebitur ipſum aleph: ut יִקְרָאוּ clamabunt, תִּקְרָאוּ clamabitis, תִּקְרָאִי clamabis. In plurali tamen fœminino quieſcit, ut Exodi primo, כִּי־ תִּקְרָאנָה מִלְחָמוֹת ideſt,Quoniam uocabunt prælium.

Omnes

5 Omnes autem reſiduæ conIugationes inſequuntur iſtam normã, niſi quod in eis uenit zere ante aleph literam quieſcentem in perſonis præteriti:ut נִקְרָא uocatus eſt, נִקְרָאתָ uocatus es:& cætera: הִמְצִיא fecit inuenire, הִמְצָאתָ feciſti inuenire.

FVNDAMENTVM DECIMVM, in quo declaratur punctuatio ordinis quieſcentium in lamed he,ut eſt גָּלָה reuelauit.

Elias. I

CONiugatio kal habet in præterito quadruplicem formã. Prima eſt, quod he litera quieſcit in fine uerbi: ut גָּלָה reuelauit. Secunda, quod abſcondit:ut גָּלוּ reuelauerunt. Tertia,uertitur in tau raphatum:ut גָּלְתָה reuelauit mulier. Quarta, in reliquis perſonis uertitur in iod quieſcens: ut, גָּלִיתָ reuelaſti, גָּלִיתִי reuelaui:& cætera

tera. Et in omnibus his personis, pe habet punctum camez, ut in perfectis.

Seb. Munsterus.

Differunt uerba huius ordinis à reliquorum ordinum uerbis, propter he tertiam radicalem, quæ in præterito secundum diuersas personas habet multiplicem uarietatẽ: in imperatiuo quoquè & infinitiuo & futuro, discrepat in ipsa terminatione à reliquis uerbis kal. Punctuatio autẽ primæ literæ non uariat à communi forma kal.

Elias. 2

Scias quoq;, quod in tertia pluralis & in tertia singularis fœminini, uertitur he aliquando in iod literam mobilem: ut ab חָסָה sperauit, צור חָסִיו בו id est, Creator, sperauerunt in eo: Deuteronomij trigesimosecundo. Item בְּךָ חָסְיָה נַפְשִׁי id est, In te sperauit anima mea: Psalmo quinquagesimoseptimo:

existen

existente camez semper ante iod mobile, quo latius ipsum proferas. Nam debuerãt sic scribi, חָסִיוּ sperauerunt, חָסְיָה sperauit: iuxta formam פָּקְדוּ פָּקְדָה ut dixi.

3 In participio præsenti, he quiescit, habens plerunq; ante se sægol: ut גּוֹלָה reuelans: quod fit ad distinguendum ipsum à quiescentibus in lamed aleph, quod habet zere: ut קוֹרֵא De quo iam scripsimus in prȩcedenti Fundamento. Quando uerò subiungitur dictioni paruæ uel dictioni habenti accẽtum in penultima, habebit & ipsum zere, signaturq; accentus in penultima eius: ut וַיְהִי בוֹנֵה עִיר id est, Et fuit ædificans ciuitatem: Geneseos quarto. עֹשֶׂה פֶּלֶא id est, Faciens miraculum: Exodi decimoquinto. & similia multa, quæ enumerantur per Magistros Traditionis, qui מסורת Masoreth scripserunt

pferunt,id eſt Concordantias uocabu lorum ſcripturæ. Porrò ſingulare fœ/minini habet camez ante literam he: ut אֶסְתֵּר עוֹשָׂה ideſt, Eſther faciens: Eſther undecimo. In utroq; autē plu/rali,ideſt maſculini & fœminini,occul/tatur litera he:ut גּוֹלִים reuelantes,ſeu reuelatores, גּוֹלוֹת reuelatrices. Et ha/bet pepoal in omnibus iſtis holem,ſi/cut in perfectis.

4 In paul uertitur litera he in iod mobile per omnes perſonas,pun/ctuaturq; ut in perfectis. Exemplum. גָּלוּי reuelatus, גְּלוּיִים reuelati:&c.

Seb. Munſterus.

Hic litera iod non eſt mobilis, quū non ſit conſonans,ſed eſt nudum uocale:in plurali uerò & fœminino,fit mobilis litera.

Elias. 5

Infinitiuus ut plurimum habet he in

in fine quieſcens,præſertim ſi ſit ſine li/teris בבלם ut רָאֹה רָאִינוּ ideſt, Vi/dendo uidimus: Geneſeos uigeſimo/ſexto. עֲשֹׂה יַעֲשֶׂה לוֹ ideſt,Faciendo faciet ei: Prouerbiorum uigeſimoter/tio. Quando uerò infinitiuus alteri uer bo non iungitur,habet ſcheua:ut רְאֹה פָּנֶיךָ ideſt, Videndo faciem tuam: Ge neſeos quadrageſimooctauo. הִסְכַּלְתָּ עֲשֹׂה ideſt,Stulte feciſti agendo: Ge/neſeos trigeſimo. Quando uero habet annexam unam ex literis בבלם uerti tur he litera in uau quieſcens,accedítq; in fine litera tau. Exemplum, בְּגָלוֹת in reuelando, בְּגָלוֹת quum reuelaret: & cætera. quin & abſque literis בבלם retinet nonnūquam hanc formam:ut גָּלוֹת הָאָרֶץ ideſt,Reuelare terram: Iu/dicū decimoſeptimo: & ſimilia pauca.

Seb. Munſterus.

Habet igitur iſte infinitiuus tripli/

cem

cem formam,purus,qui ſcilicet eſt ſine literis bachlam, deſinit in holem,manente litera he:& is habet ſub pepoal uno modo camez,& alio modo ſcheua. Qui uero eſt cum literis bachlam, deſinit in וֹת oth.

Elias. 6

Imperatiuus ſingularis habet in fine he quieſcẽs,præceditq; ipſum punctus zere:ut גְּלֵה reuela. In plurali maſculini & ſingularis fœminini,abſconditur he,ut גְּלִי גְּלוּ In plurali uero fœminini uertitur he litera in iod quieſcens, præceditq; ipſum ſægol:ut עַל שָׁאוּל בְּכִינָה ideſt,Super Saul flete:ſecundi Regum primo.uel abſque litera iod,ut צְאֶנָה וּרְאֶנָה ideſt,Egredimini & uidete: Canticorum tertio. In futuro ponas literas איתן ſuper imperatiuum,& habebis propoſitũ. Punctuãtur autem hic ut in perfectis. Et nota, quod

quod omnes iam memoratæ regulæ, quas præſcripſimus tibi in hac coniugatione de cõuerſione literæ he in iod uel in tau,& item de defectu eius,ſunt intelligendę de omnibus uerbis huius ordinis,tam in kal quàm in alijs coniugationibus. Nam ſunt communes omnibus ſeptem iſtius ordinis cõiugationibus: punctuaturq; pepoal,& literæ ſuperadditæ (ut ſunt, litera mem in utroque participio, literæ bachlam in infinitiuo, literæ futuri איתן) in ſingulis coniugationibus ſicut in perfectis. Nec operæpretium eſſe puto,ut hic ſingula repetam:& alijs exemplis rem ſemel demonſtratam, denuo inculcem. Pergamus ad cætera.

Seb. Munſterus.

Senſus eſt,ut in kal he in ſecunda & prima perſona præteriti mutatur in iod,& in infinitiuo in oth: ſic in piel

& hi

& hiphil hæ mutationes accidunt ei: ut גִּלָּה גִּלִּיתָ reuelasti, גַּלּוֹת reuelare. Et in hiphil, הִגְלָה הִגְלִיתָ Et in infinitiuo, הַגְלוֹת Idem fit in hithpael.

Elias. 6

Sed hoc necesse est ut scias, multa esse futura in hoc ordine, quæ interdũ ueniunt in kal cum defectu literæ he: ut אִגֶל reuelabo, יִגֶל reuelabit, תִּגֶל reuelabis, punctuanturq́ cum hirec & sægol: sed & cum literis איתן inueniuntur habere zere: ut אַל תֵּפֶן idest Ne respicias: Numeri decimosexto. וַתֵּלֶךְ וַתֵּתַע idest, Et abijt atq́ errauit: Geneseos decimosexto. Sic in passiuo, אִגָּל reuelabor, תִּגָּל reuelaberis, יִגָּל reuelabitur, cum hirec & camez. Et in piel, אֲגַל reuelabo, יְגַל reuelabit, תְּגַל reuelabis, cum scheua & pathah. In coniugatione uerò pual & hophal cum defectu literæ he non inueniũtur

hæc

hæc uerba. In hiphil, אֶגֶל faciam reuelare, יֶגֶל faciet reuelare, תֶּגֶל facies reuelare: cum sex punctis. In hithpael אֶתְגַּל prodam me, יִתְגַּל prodet se, תִּתְגַּל prodes te.

8 Nota etiam, quod raro is defectus cõtingit, nisi quando uerbo adiunctum fuerit uau conuersiuũ. Exemplum in kal, וַיִּבֶן אֱלֹהִים idest, Et ædificauit deus: Geneseos undecimo. In passiuo, וַיִּסַּר אֱלֹהִים idest, Et obuiam factus deus: Numeri uigesimotertio. In piel, וַיְצַו אֱלֹהִים idest, Et præcepit deus: Geneseos undecimo. In hiphil, וַיֶּפֶן זָנָב idest, Et fecit respicere caudam: Iudicum decimoquarto. In hithpael, וַיִּתְגַּל בְּתוֹךְ אָהֳלוֹ idest, Et discooperuit se in medio tabernacnli sui: Geneseos nono.

Seb. Munsterus.

Hæc frequentissima sunt in libris

 Hebræ

Hebræorum ſacris,ut ſcilicet accedente uau hippuch,à fine corruat tertia radicalis he,ut וַיִּבֶן pro וַיִּבְנֶה & ædificauit: וַיְצַו pro וַיְצַוֶּה & præcepit: וַיַּעַשׂ pro וַיַּעֲשֶׂה & fecit:& cætera.

Elias. 9

Aduerte quoq; & illud חַנְסָּה רַבִּר אֵלֶיךָ תִּלְאֶה ideſt, Nunquid ſi tentauerimus loqui tecum moleſtus eris? & poſtea ſcribitur, תָּבֹא אֵלֶיךָ וַתִּלְאֶה ideſt, Veniet ad te & moleſtus eris: Iob quarto.Pauca autem inueniuntur abſque uau conuerſiuo: ut אַל־תִּפֶּן אֶל־ מִנְחָתָם ideſt,Ne reſpicias ad munus eorum: Numeri decimoſexto. וְסוֹד אַחֵר אַל תְּגַל ideſt, Et ſecretũ alterius ne reueles:Prouerbiorũ uigeſimoquinto. יַעַשׂ יְחוָה עִמָּכֶם ideſt,Faciat Dominus uobiſcum:Ruth capite primo. & ſimilia.

10 Sic quoq; imperatiuus ſingularis

laris uenit interdum cum defectu he: ut in piel, צַו אֶת־בְּנֵי ideſt, Præcipe filijs:Leuitici ſexto.Item, גַּל עֵינַי ideſt,Reuela oculos meos: Pſalmo centeſimo decimonono. Et in hiphil, ut הַרֶב בַּבְּסֵנִי ideſt,Multiplica,laua me: Pſalmo quinquageſimoprimo. הָרֵת מִמֶּנִּי ideſt,Deſine à me:Deuteronomĩ nono. Et in hithpael,ut שְׁכַב עַל־ מִשְׁתֶּךָ וְהִתְחַל ideſt,Iace ſuper lectum tuum & fac te infirmum: ſecundi Regum decimotertio. In kal uero & niphal non uenit imperatiuus unquam cum defectu literæ he.

11 Nota etiam,quod quatuor inueniuntur radices,quarum lamedpoal he nũquam quieſcit, ſed perfectorum more ſemper expreſſe ſcribitur in eis: & ſunt iſtæ, גָּבַהּ בָּמַהּ נָגַהּ תָּמַהּ Hinc etiam eſt,quod punctuantur cum camez & pathah ut uerba perfecta,

& non ut quieſcentia in he, quæ ſemper habent duplex camez: ut בְּנָה עָנָה עָשָׂה גָּלָה & his ſimilia. Punctuantur autem priora quatuor uerba cum pathah ſequẽte punctulo mappic, quod literã he ſemper ſtabilem demonſtrat & quæ nunquam reijciatur. Nam à גָּבַהּ dices כִּי גָבְהוּ בְנוֹת צִיּוֹן ideſt, Quoniã ſuperbierunt filiæ Sion: Iſaiæ tertio. וַיִּגְבַּהּ יְהוָה צְבָאוֹת ideſt, Et eleuatus eſt Dominus exercituũ: Iſaiæ quinto. cum mappic. Sic de iſto בָּמַהּ לְךָ בְּשָׂרִי ideſt, Concupiuit ad te caro mea: Pſalmo ſexageſimotertio. poteris dicere, בָּמַהּ בָּמַהּתִּי & cætera. tametſi non inueniatur. Sic de נָגַהּ Iob decimooctauo. לֹא יָגַהּ שְׁבִיב אִשּׁוֹ id eſt, Non ſplẽdebit flamma ignis eius. ubi litera he habet punctum mappic. Item de תָּמַהּ habes Pſalmo quadrageſimooctauo. חָמָה רָאוּ כֵן תָּמָהּוּ id eſt

eſt, Ipſi uiderunt ſic admirati ſunt. אַל תִּתְמַהּ עַל חֶמְדָּץ ideſt, Non mireris ſuper deſiderio illo: Eccleſiaſtici quinto. cum mappic. Porrò וַיִּתְמַהְמַהּ Geneſis decimonono. תִּתְמַהְמַהּוּ וְתִמָּהוּ Iſaiæ uigeſimonono. & his ſimilia, habent pro radice uerbum מִיָּמַהּ quod eſt ex quadratis, ideoq; non comprehenditur inter memorata quatuor uerba. Eſt proinde cõtrouerſia de iſto uerbo, וַתֶּלַהּ אֶרֶץ מִצְרַיִם ideſt, Et defecit terra Aegypti: Geneſeos quadrageſimoſeptimo. utrum ſit à radice לָאַהּ uel à לָהַהּ Et hinc dicitur בְּמִתְלַהְלֵהַּ ideſt, Sicut fatigans ſe: Prouerbiorum uigeſimoſexto capite. Verum, nihil ad nos de iſta concertatione.

Non enim eſt nobis
negocium de re-
truſis.

FVNDAMENTVM VNDECIMVM, in quo explicatur modus punctuandi coniugationem kal & niphal in ordine duplicatorum.

Elias. 1

VOcamus duplicata uerba, ea quæ habẽt duas posteriores literas similes: ut est סָבַב circuiuit, שָׁלַל spoliauit, גָּזַז totondit: & alia his similia. De reliquis uero speciebus duplicatorum, iam diximus in Fundamento tertio, oratione prima, capite undecimo. Iam uero notabis, quædam ex illis esse duplicata uerba, quæ interdum ueniunt iuxta morem uerborum perfectorum: ut à סָבַב שָׁלַל גָּזַז dicimus סָבַבְתָּ שָׁלַלְתָּ גָּזַזְתָּ & similia. nec opus est ut illa declarem, quum perfectorum seruẽt normam. Sed ueniunt plerunq; cum defectu unius literæ duplicatæ

catæ, & tunc altera dagessatur ad repræsentandum defectum amissæ literæ: ut סַבּוֹתָ circuisti, pro סַבַּבְתָּ & סַבּוֹתִי circuiui, pro סַבַּבְתִּי Et si quæras, quæ duplicatarum literarum deficiat: Respondeo, Cogimur dicere, literam ainpoal deficere, lamedpoal uero dagessari. alioquin si contrarium fieret, non esset uirtus in dages ad repræsentãdum amissam literam, quum punctus dages non in præcedenti sed sequenti litera ostendat defectũ. quod bene notabis & memoriæ commẽdabis, quum sit notabilissima regula in Grammatica. *Officium dages*

Seb. Munsterus.

Inueniuntur tamen quædam uocabula, in quibus dages ostendit defectum sequentis & non præcedentis literæ: ut est וַיָּשָׁב & reduxit: & alia quædam, quorum Elias meminit in libro

compoſitionis ſeu irregularium uoca/
bulorum.

Elias. 2

Per totum præteritum pepoal pa/
thatur,quo diſcrimen ſit inter iſta uer/
ba & inter quieſcentia in ain, in qui/
bus pe camezatur:& præterea pe hic
pathatur propter dages, quod uenit
in reliquis præteriti perſonis poſt pa/
thah:ut סַבּוֹתָ סַבּוֹתִי & cætera. In qui
bus exemplis,ſi ſamech camezaretur,
non poſſet ſequi dages,quandoquidē
dages non ſoleat uenire poſt camez
uocem magnam.

5 Ob eandem rationem par/
ticipiū præſens habet quoq; pathah:
ut סַב סַבִּים & cætera. Etiam illa quæ
iuxta magiſtros מסורת ſunt cameza
ta:ut eſt תָּם וְיָשָׁר ideſt,Integer & re
ctus:Iob primo. à quo dicimus in plu/
rali, וְיַחֲרָיו יִהְיוּ תַמִּים ideſt,Et pari/
ter

ter erunt immaculati: Leuitici ſecundo.
ubi dageſſatur. At hic צַדִּיק תָּמִים id
eſt, Iuſtus, integer: Geneſeos ſexto.
תמים ſcribitur cum camez,quia eſt ſin
gulare maſculini,à quo dicimus in plu
rali תְּמִימִים iuxta formam הֶסִיר
הֲסִירִים Et nota,quod non eſt diffe/
rentia inter præteritum & participium
ſingulare maſculini,niſi in modo ſigni
ficandi:ut תָּם הַכֶּסֶת ideſt,Conſum/
pta eſt pecunia: Geneſeos quadrageſi/
moſeptimo. quod eſt præteritū. Item
וּבַר לֵבָב ideſt, Et mundum cor: Pſal/
mo decimoquinto. quod eſt participiū
formale. At in fœminino genere eſt
differentia inter præteritum & partici/
pium,quia præteritū habet accentum
in penultima:ut הַמִּשְׂגַּב וָחֶתֶת ideſt,
Confugium & formidauit: Ieremiæ
quadrageſimooctauo. Participium ue
ro habet accentum in ultima:ut וְלָשׁוֹן
רבת

רַכָּה ideſt, Et lingua tenera: Prouerbiorum uigeſimoquinto. Participium uero præteritum nunquam uenit niſi integrũ:ut וְאַתָּה שָׁרוּר ideſt,Et tu deuaſtatus:Ieremiæ ſecundo. Sic וְשַׁלַּח רְצוּצִים ideſt, Et dimitte oppreſſos: Iſaiæ quinquageſimooctauo. & cætera. Infinitiuus & imperatiuus habent holem,quatenus ſcilicet differentia ſit inter ipſos & inter præteritũ atq; participium præſens. Exemplum de infinitiuo, סוֹב אֶת־הָהָר הַזֶּה ideſt,Circumeundo montem iſtum:Deuteronomij ſecũdo. Item de imperatiuo, סוֹב רְמוֹת לָךְ ideſt, Reuertere, ſimilis eſto tibi: Canticorum ſecundo. סֹבּוּ צִיּוֹן ideſt, Circuite Sion:Pſalmo quadrageſimooctauo. סֹבִּי עִיר ideſt, Circui ciuitatem:Iſaiæ uigeſimotertio. Vbi poſt holem uenit dages,tametſi non ſit conſuetudo eius ut ueniat poſt uocẽ magnã.

Venit

Venit autem hic poſt holem propter accentum millel,hoc eſt propter accentum in penultima ſyllaba poſitum: id quod tibi clarius explicabitur in tractatu noſtro Cantici.

Seb.Munſterus.

Quando poſt uoces magnas ſequitur punctus dages, tunc accentus non ponitur in ultima, ſed in penultima: ut לָמָּה ideſt,quare.

Elias. 4

Futurum habet ſub literis איתן camez,haud ſecus quàm in ordine quieſcentium in ain.Eſt tamen differentia inter hoc & illud futurũ. Nam in iſtis pe plerunq; habet holem: ut וְחַבּוֹתִי אֶת־אֲשֶׁר אָחוֹן ideſt, Et miſerebor cui miſertus ſum:Exodi trigeſimoſecundo capite. Sic in plurali, שׁוֹל תְּשׁוֹלוּ לָהּ ideſt, Dimittendo dimittetis ei: Ruth ſecũdo capite. רָוֹנוּ יוֹשְׁבֵי סֶלַע

ideſt

ideſt, Laudabunt habitatores petræ: Iſaiæ quadrageſimoſecundo. Sic יָסֹבּוּ תָּסֹבּוּ תָּסֹבִּי ut תְּסֻבֶּינָה אֲלֻמּוֹתֵיכֶם id/eſt, Circũdabunt manipuli ueſtri: Ge/neſeos trigeſimoſeptimo. Quieſcentia uero in ain habent plerunq; ſchurec, ut ſuo loco ſcripſimus. Sunt etiam qui dicunt, literas איתן habere dages poſt ſe, ut אֶתּוֹם perficiam, יִתּוֹם per/ficiet: & cætera. De quibus loquemur in coniugatione paſſiua, quæ mox ſe/quitur iſtam.

5 Coniugatio paſſiua habet in tribus tertijs perſonis præteriti literam nun camezatam, & pepoal pũctuatur uel cum zere uel cum pathah uel cum holem, una ſcilicet ex tribus formis, iu/xta quas coniugatio kal in perfecto/rum ordine punctuari conſueuit, nem/pe פֶּעַל פֶּעֶל פָּעוֹל de quibus ſuo lo/co ſuprà diximus. Exemplum de illis

quæ

quæ habẽt pathah, נָקַל זֹאת ideſt, Vi lefactum eſt hoc: quarti Regum ter/tio. וְנָסַב הַגְּבוּל ideſt, Et circumdatus eſt terminus: Numeri trigeſimoquar/to. וְחַם הַשֶּׁמֶשׁ וְנָמַס ideſt, Et inca/luit ſol & diſſolutum eſt: Exodi deci/moſexto. ubi נמס habet duplex ca/mez, idq; propter pauſam. Proinde reliquæ perſonæ dageſſantur, ut נָסַבּוּ עַל־הַבַּיִת ideſt, Circumdati ſunt ſu/per domum: Geneſeos decimonono. נְסַבּוֹתָם נְסַבּוֹנוּ & cætera. Exemplum de his quæ habent zere, נָמֵס בְּתוֹךְ מֵעַי ideſt, Diſſolutum eſt in medio ui ſcerum meorum: Pſalmo uigeſimoſe/cundo. נָסֵבָה אֵלַי ideſt, Conuerſa eſt ad me: Ezechielis uigeſimoſexto. Quę uero habent formam holem, ea dun/taxat in plurali inueniuntur: ut וְנָגוֹלּוּ כַסֵּפֶר ideſt, Et conuoluentur ſeu plica buntur ſicut liber: Iſaiæ trigeſimoquar

to

to. נָגוֹז וְעָבַר ideſt, Tondētur & pertranſibit: Nahum primo. Poſſumus quoq; in ſingulari dicere נָגוֹל נָגוֹז iuxta formam נָמוֹךְ ideſt, Oppreſſus eſt. cuius radix in ſermonibus Magiſtrorum noſtrorũ hæc eſſe deprehenditur, מָכַךְ Hinc eſt illud Pſalmo centeſimoſexto, וַיָּמֹכּוּ בַּעֲוֹנָם ideſt, Et humiliati ſunt ob iniquitatē ſuam. Cæterũ omnes tres formæ in reliquis perſonis præteriti ueniũt iuxta unum modum, ut נְסַבּוֹתָ circundatus es, נְקַלּוֹתָ uilipenſus es, נְגַלּוֹתָ conuolutus es: in quibus omnibus, ainpoal dageſſatur ad indicãdam literam duplicatam. Inueniũtur tamen pauca quæ leuia ſunt, hoc eſt, quæ carent puncto dages: ut, נָבֹקָה רוּחַ מִצְרַיִם ideſt, Euacuatus eſt ſpiritus Aegypti: Iſaiæ decimonono. וְרָחְבָה וְנָסְבָה ideſt, Et dilatabitur atq; circundabitur: Zachariæ decimoquarto

to. נָקֹטָה נַפְשִׁי בְּחַיַּי ideſt, Attædiata eſt anima mea in uita mea: Iob quartodecimo. quæ regulariter ſic ſcribi debuerant נָבַקָּה נָסַבָּה נָקַטָּה & cætera.

6 Participium præſens ſingulare per totum habet camez: ut, עִם נָבָר תִּתָּבַר ideſt, Cum purificato purificabis te: ſecundi Regum uigeſimoſecundo. Et cum zere: ut, לֵב נָמֵס ideſt, Cor liquefactum: Nahum ſecundo. Item נָקֵל מִהְיוֹתְךָ לִי עֶבֶר ideſt, Vilipenſus es ut non poſſis eſſe mihi ſeruus: Iſaiæ quadrageſimonono. Reliquæ uero duæ formæ habent dages: ut, אֲנַחְנוּ נְמַסִּים ideſt, Nos liquefacti ſumus: Ezechielis trigeſimotertio. Sic quoq; debuerat dici נְמַסִּים cum punctulo dages: & cætera. Infinitiuus uenit cum puncto holem per modum quieſcentium in ain: ut, הִבּוֹק תִּבּוֹק ideſt, Diſſipando diſſipabitur: Iſaiæ uigeſi

trigesimoquarto.uel cum zere,ut חִמֵּס יִמַּס idest,Dissoluendo dissoluetur:secundi Regum decimosexto.Sic imperatiuus habet uel holem uel zere iuxta formam infinitiui. Poterit quoq; habere pathah sicut & futurum, ut indicabimus.Nam solet imperatiuus imitari formam futuri, quemadmodum id iam semel aut bis annotauimus. Aliæ uero personæ imperatiui dagessant ainpoal,ut חִבֹּקוּ חִבֹּקִי & cætera: uel חִמֵּסוּ חִמֵּסִי & cætera. Futurum tenet formam quiescentium in ain:ut, אֶשֹּׁם וְאֶשְׁאַת idest, Deuastabo & absorbebo: Isaiæ quadragesimosecũdo. יִתּוֹם פִּרְיוֹ idest,Consummabitur fructus eius:Ezechielis quadragesimoseptimo. וַיִּדּוֹם אַהֲרוֹן idest, Et tacuit Aharon: Leuitici decimo. Et nota, quod haud parua controuersia est inter Grammaticos de istis dagessatis,

nam

nam quidam uolunt ea esse de coniugatione kal: id quod hinc probant, וָאֶבּוֹת אוֹתוֹ טָחוֹן idest,Et comminui eum commolendo:Deuteronomij nono.ubi absq; dubio אבות est de coniugatione kal,id quod ex sequenti pronomine אותו aduerti potest.Alij uero dicunt,ea uerba esse de coniugatione niphal, sumentes argumentum ex puncto dages,quòd literam passiuam nun repræsentat. Nos uero dicimus, quædam eorũ esse de kal,& quædam de niphal seu passiua uoce,cognoscíq; poterunt ex ipsa significatione & tenore sententiæ. Nec est nobis hic diutius immorandum. Id tamen certò scias, quod futurũ huius coniugationis semper terminari debet in pathah:ut, לֹא יִמַּר idest,Non mensurabitur:Hoseæ secundo. יִדַּל בְּבוֹר יַעֲקֹב idest, Attenuabitur gloria Iacob:Isaiæ decimose-

 ptimo

ptimo. Et quando ainpoal habet punctum, & si sequitur uau schurec, tunc dagessabitur: ut, יִתַּמּוּ חַטָּאִים idest, Consummabũtur peccatores: Psalmo centesimooctauo. Sic יִשַּׁסּוּ חַבָּתִּים id est, Diripientur domus: Zachariæ decimoquarto. Quando uerò pepoal est una ex gutturalibus, habent literæ איתן zere: ut וְאַל־תַּחַת idest, Et non pauebis: Deuteronomij primo. יֵחַתּוּ הֵמָּה וְאַל־אַחַתָּה אָנִי idest, Et pauebunt ipsi & non pauebo ego: Ieremiæ decimo. Et aliquãdo seruatur hæc ipsa forma in alijs quàm gutturalibus literis: ut וָאֵסַל בְּעֵינֶיהָ idest, Et uilis facta sum in oculis eius: Geneseos decimosexto. וַתֵּסַע בַּת יֶרֶךְ idest, Et amotus est neruus fœmoris: Geneseos trigesimosecundo. Inueniuntur etiam quædam sine puncto dages, ut יִרְמוּ בָּאֶבֶן idest, Similes erunt lapidi: Exodi decimo

moquinto. וַיִּתְמוּ יְמֵי בֶכִי idest, Et finiti sunt dies luctus: Deuteronomij trigesimotertio. Quæ regulariter hoc pacto scribi debuerant, יִדַּמּוּ וַיִּתַּמּוּ Sunt tamen qui dicunt, ea esse ex kal, de hac scilicet forma וַיִּדּוֹם וַתִּתּוֹם De quibus suprà quoq; abunde scripsimus in signo tertio.

FVNDAMENTVM DVODECIMUM, in quo declarantur aliæ coniugationes uerborũ duplicatorum.

Elias. 1

COniugatio piel in hoc ordine uenit plerunque more uerborum perfectorum, ut קִלֵּל קִלַּלְתָּ uilipendit, uilipendisti: & cætera. Sic הִלֵּל הִלַּלְתָּ laudauit, laudasti: & cætera. & de his non opus est ut aliquid hic dicamus. Sed hic idem ordo insequitur interdum normam piel uerborum quie-

scentium in ain, nam duplicatur loco dages lamedpoal: de quo iam suprà scripsimus Fundamẽto octauo huius orationis: dicimusq; à רָמַם Psalmo nonagesimonono. רוֹמְמוּ יְיָ אֱלֹהֵינוּ ideſt, Exaltate Dominum deum noſtrum. sic אֲרוֹמֵם יְרוֹמֵם exaltabo, exaltabit: sicut in quiescentibus in ain, à בּוֹן dicimus בּוֹנֵן בּוֹנְנוּ & cætera.

Seb. Munsterus.

Fieri etiam potest, ut רוֹמֵם hic sit piel de quarto ordine: nam inuenitur רָם & רָמַם in eadem significatione: tametsi posterius rarius occurrat.

Elias.

Ratio autem istius conformitatis est hæc. Quum uerba duplicata habeant duas posteriores literas similes, haud facile potuerunt maiores nostri pro coniugatione piel mediam radicalem dagessare: quum ex illa dagessa-

tione

tione, una litera in eadem radice quodammodo triplicaretur, Nam ipsa radix in hoc ordine duplicat secundam literam: & præterea si media dagessaretur, illa quoq; ratione dages ualeret duplicem literam, & ita eadem litera continuò triplicaretur. Hinc igitur est, quod interdum reiecto dages ponitur pro eo litera uau quiescens: & per hoc soluitur dubium de multis uerbis, utrum sint de quiescentibus in ain, aut ex duplicatis.

Seb. Munsterus.

Soluitur quidem dubium, sed non tollitur ambiguitas, quæ nascitur ex conformitate huius & quarti ordinis: nam si à שָׁמַם formes piel שׁוֹמֵם omnino habebit formam piel quarti ordinis: sic enim à סָם fit סוֹמֵם id-est, erexit. Opus est igitur in hac conformitate, radicum cognitione.

Elias. 5

Porrò participium præsens & præteritum, non ueniunt unquam nisi integra: ut מְסַבֵּב מְסַבְּבִים circumdans, circumdantes: מְהֻלָּל מְהֻלָּלִים laudatus, laudati: & cætera. Vnde omnia quæ inueneris in forma מְפוּעָל participij præsentis, aut in forma מְפֻעָל participij præteriti, ut est apud Isaiam uigesimooctauo, מְשֻׁבַב נְתִיבוֹת idest Conuertens semitas. & מְעוֹנֵן וּמְנַחֵשׁ idest, Augurans & incantans: Deuteronomij decimooctauo. וְהוּא מְחוֹלָל מִפְּשָׁעֵינוּ idest, Et ipse uulneratus propter peccata nostra: Isaiæ quinquagesimotertio. מְרוֹמַם עַל כָּל בְּרָכָה idest, Eleuatus super omnem benedictionẽ: Nehemiæ nono. Hæc inquam omnia sunt ex quiescentibus in ain, & non ex duplicatis. Et hæc est opinio Rabbi Aben Ezræ in libro Elegantiarum.

Sunt

Sunt tamen qui ab illo dissentiunt. Inuenitur enim מְחוֹנֵן עֲנָוִים idest, Misertator mansuetorũ: in Prouerbijs. quod est ex duplicatis. Rabbi Dauid Kimhi adducit quoq; multa huiusmodi uerba, quæ quiescunt in ain, & duplicant ainpoal: idq; in libro Radicũ suarum.

Proinde hithpael uenit plerunque cum integra radice, ut הִתְפַּלֵּל orauit, הִתְחַנֵּן misertus est: & similia. Venit etiam hæc coniugatio interdum in forma quiescentiũm in ain, ut à מָרַר uenit וַיִּתְמוֹרֵר עַל הַיֶּלֶד idest, Et mensurauit se super puerum: tertij Regũ decimoseptimo. Et à גָּלַל dicitur מִתְגּוֹלֵל בְּדָם idest, Volutans se in sanguine: secundi Regum uigesimo. & similia.

4 Coniugatio hiphil habet in præterito duplicẽ modũ: & in utroq; habet litera he, zere. In primo quoq; modo habet pepoal, zere: ut וְהִסֵּב לֵב

 idest

ideſt,Et conuertit cor:Ezræ ſexto. חָחֵל חַמַּגֵּפָה ideſt,Incœpit plaga:Numeri decimoſeptimo. חָעַז אִישׁ ideſt, Impudenter egit uir: Prouerbiorũ decimo. Alter modus habet ſub pepoal punctum pathah,ut חָמַר שַׁדַּי לִי מְאֹד id eſt, Amaram me fecit omnipotẽs ualde:Ruth primo. Sic quoq; utraq; tertia perſona uenit iuxta hos duos modos. Exemplum cum zere, חֶסְבוּ אֵלַי אֶת־אֲרוֹן ideſt,Reduxerunt ad me arcam: primi Regum ſexto. וְחַמַּשְׂאֵת חֶחֱלָת ideſt, Et eleuatio flammæ cœpit:Iudicũ uigeſimo. Exemplum cum pathah, חָמַסּוּ liquefecerunt, חָמַסָּה liquefecit. Reliquæ uero perſonæ præteriti omnes,inſequuntur normã quie ſcentium in ain,niſi quod huius ordinis uerba dageſſantur:ut, חָסַבּוֹתָ אֶת־ לִבָּם ideſt, Cõuertiſti cor eorum:tertij Regum decimooctauo. וַחֲזִבּוֹתִי בְּבוֹר

בַּדַּי ideſt,Purificaui in mundicia manus meas:Iob nono. Quieſcentia uero in ain raphantur,ſeu carent punctulo dages: ut חֲשִׁיבוֹתָ חֲשִׁיבוֹתִי reduxiſti,reduxi:& cætera.

5 Participium præſens habet mem cum zere, ut quieſcentia in ain. Eſt tamen diſcrimẽ aliquod inter hæc & illa uerba: quoniam quieſcentia in ain habent hirec ſub pe,ut מֵקִים erigens, מֵשִׁיב reducens. Illa uero habent zere,ut מֵסֵב כֵּלַי ideſt, Reducens uaſa: Ieremiæ uigeſimoprimo. מֵחֵל לְהָרַע ideſt,Incipiens malignari: Ieremiæ uigeſimoquinto. Porrò reliquæ perſonæ habẽt dages,ut מְסַבִּים reducentes, מְסַבָּה reducens. Quieſcentia autem in ain habent raphe ſeu carent dages,ut מְשִׁיבָה מְשִׁיבִים reducens,reducentes. Paul habet mem cum ſchurec, ut ſemper ſolitus eſt habere

bere. Exemplum, מוּסַב reductus, seu gyratus. & in alijs personis habet dages, ut מְסַבָּה מְסַבִּים Numeri trigesimosecundo מְסַבּוֹת שֵׁם idest, Conuersas nomine. Quiescētia uero in ain carent dages: ut, מוּשָׁבִים reducti, מוּשָׁבָה reducta: & cætera.

6 Infinitiuus habet literam hecamezatā sequente zere, ut חָמֵק בְּשָׂרוֹ defluēdo carnem illius. Zachariæ decimoquarto. Venit quoq; cum literis בכלם in illa forma: hoc est, cum zere: ut לְהָחֵל ad incipiendum, לְהָרֵק ad attenuandum. Verum hic, בִּתֵּת לְהָרֵק idest, Contriuit ad attenuādum: secundi Paralipomenon trigesimosecundo. est infinitiuus de cōiugatione niphal, iuxta mentem Rabbi Iacob filij Eleazari. At rabbi Dauid Kimhi putat esse de hac coniugatione, ut sit idem quod לְהָרֵק habente pepoal pūctum zere, licet

licet quiescētia in ain hāc formam non habeant, sed cum hirec punctuātur, ut לְהָקִים ad erigendum, לְהָשִׁיב ad reducendum. Sic imperatiuus quoq; habet zere, ut הָחֵל רָשׁ idest, Incipe hæreditare: Deuteronomij secundo. Reliquæ uero personæ habent dages: ut, הָסֵבּוּ reducite. עֵינַיִךְ הָסֵבִּי idest, Reduc oculos tuos: Canticorum sexto. & הָסֵבְּנָה reducite. & hæc omnia habent accentum in penultima, alioquin non posset sequi dages.

7 Futurū habet sub literis איתן camez, non secus quàm in ordine quiescentium in ain. Distinguuntur tamen illa ab istis: quia hæc habent in fine zere, ut אָחֵל גָּרְלְךָ idest, Incipiā magnificare te: Deuteronomij undecimo. יָקֵל יָרוֹ idest, Leuis erit manus eius: primi Regum sexto. Quiescentia uero in ain habent hirec: ut אָקִים erigam, יָקִים eriget

eriget. Et quando habent uau conuersiuum, mutãt punctum zere in sægol: ut, וַיִּגֹּל אֶת־הָאֶבֶן ideſt, Et uoluit lapidem: Geneſeos uigeſimonono. וַיָּדֶךְ לְעַפְרָה ideſt, Et contudit in puluerem: quarti Regũ uigeſimotertio. Et in hoc non differunt à quieſcentibus in ain, quemadmodum ſuo loco ſcripſimus.

8 Inuenitur quoq; alia forma, in qua literæ איתן habent pathah ſequente dages: ut וַיַּסֵּב אֱלֹהִים ideſt, Et reduxit deus: Exodi decimotertio. כִּי־תַתֵּם דְּרָכֶיךָ ideſt, Quia perficies uias tuas: Iob trigeſimoquinto. Inuenitur etiam וַיַּסֵּבוּ פְּנֵיהֶם ideſt, Et uerterunt facies ſuas: Iudicum decimooctauo. וַיַּסֵּבוּ אֶת־אָרוֹן ideſt, Et reduxerunt arcam: primi Regum quinto. ubi literæ ſamech & beth habẽt punctum dages præter morem ſuum, quum nõ ſit conſuetudo ut ueniant duæ dageſ/

ſatæ

ſatæ literæ ad deuorandum unam literam: unde regulariter ſic dici debuerat וַיְסֵבּוּ Porrò fœmininum plurale habet ſcheua: ut, וַתְּחִלֶּנָה שֶׁבַע שָׁנִי id/eſt, Et cœperunt ſeptem anni: Geneſeos quadrageſimoſecundo capite. & cætera illi ſimilia.

Seb. Munſterus.

Frequens eſt in Hebraiſmo, ut ſine ulla neceſſitate uox magna mutetur in uocem paruam atq; dages: quod potiſſimum fieri ſolet in his duabus radicibus סית & חתל Habes & hic exemplum commodum.

Elias. 9

Coniugatio hophal habet in præterito literam he punctuatã cum ſchurec, ut הוּסַב reductus eſt: de quibus iam mentionem fecimus in ain. Aliæ uero perſonæ à tertia ſingularis maſculini, habent dages: ut תּוּסַבְתָּ reductus

ctus es, חוסַבּוֹתִי reductus sum: & cæ
tera. Quiescentia autem in ain non ha
bent punctum dages: ut חוֹשַׁבְתָּ id
est, conuersus es, חוֹשַׁבְתִּי conuersus
sum: & cætera. Futurum formatur
duplici modo. In uno modo, hæ qua
tuor literæ איתן habent uau schurec:
ut לֶחֶם יוּרַץ idest, Panis comminue
tur: Isaiæ uigesimooctauo. יוּחַן רָשָׁע
idest, Misericordia fiet impio: Isaiæ ui
gesimosexto. Attamen frequentius ha
bent tria puncta sequente punctulo
dages: ut, יִפַּח שַׁעַר idest, Contere
tur porta: Isaiæ uigesimoquarto capi
te. & לָעֶרֶב יִפְּחוּ idest, Ad uesperam
succidentur: Iob capite quarto. Con
iugationem hithpael iam summarie
perstrinximus in coniugatione piel,
ideo minime est opus ut denuo illam
repetam. Veniamus igitur ad cætera,
quæ erunt de compositis.

Funda

tertium, in quo declarantur ali quæ regulæ uerborum quæ sunt de ordine compositorum.

Elias. 1

SCripsimus iam à principio oratio
nis primæ, fundamenta ordinum
esse sex, quæ hucusque explicuimus.
Nunc explanabimus & alios ordines
qui cõponuntur ex memoratis sex or
dinibus, tametsi non sit opus ut tem
pus teram in illis, quum quisque illo
rum obseruet formam duplicis ordi
nis unde cõponitur. Exemplum: hæc
radix נָטָה inclinauit, ut componitur
ex defectiuis in pe nun, & ex quiescen
tibus in lamed he: ita ratione nun ser
uat formam huius uerbi נָגַשׁ appro
pinquauit, & ratiõe he insequitur nor
mam uerbi גָּלָה hoc est, ubicũq; solet

desi

deficere litera nun in uerbo נָגַשׁ uel ubi ſolet quieſcere litera he in uerbo גָּלָה ibi quoquè deficit litera nun,& quieſcit he litera in uerbo נָטָה Excipitur imperatiuus: nam ubi à uerbo נָגַשׁ dicis גְּשׁ appropinqua, גְּשׁוּ appropinquate,nun reiecto,non poteris dicere à נָטָה in imperatiuo טֵה טוּ ſed נְטֵה inclina, נְטוּ inclinate.Pariformiter à uerbo גָּלָה formatur imperatiuus in coniugatione piel גַּל reuela, צַו impera, cum defectu literæ he:ſed non poterimus ſic dicere,à נָטָה in imperatiuo נַט inclina.

2 Porrò ordo quieſcentium in extremitatibus habet treis ſpecies. Prima habet uerba, quorum pepoal eſt aleph,& lamedpoal he: ut אָבָה uoluit, אָפָה coxit:in quibus uerbis,litera aleph ſeruat normam quieſcentium in pe aleph:he uero inſequitur formã quie

quieſcentiũ in lamed he.Secunda ſpecies complectitur uerba, quorum pepoal eſt iod,& lamedpoal aleph: ut, יָרֵא timuit, יָרֵאתָ timuiſti: & cætera. deſinit autem hæc ſpecies in zere,iuxta formam פָּעַל Porrò in tertia ſpecie ſunt uerba,quorum pepoal eſt iod & lamedpoal he: ut יָרָה iecit, יָרִיתָ ieciſti: & cætera.ubi iod in utraq; ſpecie ſequitur formam quieſcẽtium in pe iod,more uerbi יָשַׁב ideſt,ſedit: litera uerò aleph imitatur formam quieſcẽtium in lamed aleph,iuxta formam uerbi קָרָא clamauit. Sic litera he tenet formam quieſcẽtium in lamed he: hoc eſt,imitatur formam uerbi גָּלָה reuelauit:exceptis infinitiuo & imperatiuo,qui integri ueniũt,literam pepoal retinentes: ut in infinitiuo, à יָרֵא timuit,dices יְרֵא uel יְרָא time:& cum literis בְּבִלְבָם primi Regum decimoo-

ctauo. לִירוֹא מִפְּנֵי דָוִד ideſt, Ad timendum à facie Dauid. In imperatiuo, יְרָא אֶת־יְהוָה ideſt, Time Dominum: Prouerbiorum uigeſimoquarto. יְרְאוּ מֵיהוָה ideſt, Timete à domino: Pſalmo trigeſimotertio. אַךְ יְרְאוּ אֶת־יְהוָה קְדוֹשָׁיו ideſt, Attamen timete Dominum ſancti eius: Pſalmo trigeſimoquarto. ubi aleph quieſcit (nam uox ſchurec hæret ad literam res) quo diſcrimen ſit inter iſtam uocem & inter uerbum רָאָה uidit: de quo dicitur, כִּי לֹא יִרְאַנִי הָאָדָם וָחָי ideſt, Quoniã non uidebit me homo & uiuet: Exodi trigeſimoſecundo. Sic à יָרָה dicitur, יָרֹה יֹרֶה ideſt, Sagittando ſagittabitur, ſeu Lapidando lapidabitur: Exodi decimonono. Et cum literis בְּבָלַם Pſalmo undecimo. לִירוֹת בְּמוֹ אֹפֶל id eſt, Ad ſagittandum, ſeu iaciendum in eos obſcuritatem.

Seb.

Seb. Munſterus.

In memoratis tribus ſpeciebus non inueniuntur multa uerba. Prima non habet ultra tria aut quatuor. Secunda habet tãtum unum, ſcilicet יָרֵא Quarta quoq; non inuenitur habere ultra quatuor.

Elias. 5

Regula. Omnes ſpecies ordinum compoſitorũ quos hactenus commemorauimus, nunquã ueniunt cum defectu pe, etiam in infinitiuo & in imperatiuo: exceptis his duabus radicibus, יָצָא egreſſus eſt, נָשָׂא tulit ſeu leuauit, quæ ueniũt cum defectu pe. Exemplum de primo, צֵאת exire, בְּצֵאת in exeundo, & cætera. In imperatiuo, צֵא egredere, צְאוּ exite: & cætera. Sic de altero dicitur שְׂאֵת ideſt, tollendo ſeu leuando: בִּשְׂאֵת in tollendo, ſeu dum tolleret: & cætera. In impera-

tiuo, שְׂאֵ tolle, שְׂאוּ tollite: & cætera. Futura in his uerbis sic formantur: à יָרֵא timuit, dicitur אִירָא timebo, יִירָא timebit: & cætera. Et à יָצָא exiuit, אֵצֵא egrediar, יֵצֵא egredietur: & cætera. Item à יָרָה iecit, אִירֶה iaciã, יִירֶה iaciet: & cætera. Et cum defectu literæ he, אִיר iaciam, יִיר iaciet: & cætera. iuxta formam וַיִּיטֶב בְּגַדְלוֹ ideſt, Et pulchrefactus eſt in magnificentia ſua: Ezechielis trigeſimoprimo.

Coniugatio uerbi בָּתַן

4 Porrò ordo deficientium in extremitatibus non inuenitur, niſi in radice בָּתַן dedit, quæ in præterito defectum patitur poſterioris nun: ut בָּתַתָּ dediſti, dedi: in imperatiuo uerò & futuro deficit nun primum, ut תֵּן da, אֶתֵּן dabo, יִתֵּן dabit: & cætera. Proinde in infinitiuo nonnunquã deficit utraq; extremitas: ut אָחֵל תֵּת ideſt, Incipiam dare: Deuteronomij ſecundo

cundo. בְּתֵת יְהוָה ideſt, In dando dominum, ſiue Quum daret Dominus: Numeri uigeſimoſecundo. Quod quidem ſic ſcribi debuerat בְּתָנָה iuxta hanc formam בְּגָשְׁתּ ideſt. in appropinquando. Inuenitur quoq; præteritum eiuſdem uerbi deficere in utraque extremitate, nempe in dictione וְאוֹיְבַי תַּתָּה לִי ideſt, Et inimicos meos dediſti mihi: ſecundi Regum uigeſimoſecundo capite.

Verba quadrata

5 Ordo autem quadratorum uerborum, hoc eſt, quæ quatuor conſtant radicalibus literis: ut eſt וְיִשְׁעַשַׁע יוֹנֵק ideſt, Et oblectabit ſe infans: Iſaiæ undecimo. componitur ex quieſcentibus in lamed & ex duplicatis, caditq; he lamed poal, & duplicatur pe & ain. Sic quoq; inuenitur, תּוֹרָתְךָ שִׁעֲשֻׁעָי ideſt, Lege tua oblectaui me: Pſalmo cẽteſimodecimonono. Vtrũq;

exemplum est de coniugatione piel. In coniugatione uerò pual, עַל בִּרְכַיִם תִּשַּׁעֲשָׁעוּ ideſt, ſuper genua oblectabimini: Iſaię ſexageſimoſexto. Et in hith pael, בְּחֻקֹּתֶיךָ אֶשְׁתַּעֲשַׁע ideſt, In præceptis tuis oblectabo me: Pſalmo centeſimo decimonono. Inueniũtur etiam duæ radices quatuor diſtinctarum radicalium literarum: hoc eſt, in quibus nulla litera duplicatur: hæ autem ſunt, בִּרְבֵּל & בִּרְסֵם Exemplum, וּבַרְסְמָנָח תְּזִיר מִיַּעַר ideſt, Demolietur eam aper de ſilua: Pſalmo octuageſimo. & וְדָוִד מְבֹרְבָּל ideſt, Et Dauid indutus: primi Paralipomenon capite decimoquinto.

6 Inueniuntur etiam multa de ordine duplicatorum, quæ in hac forma ueniunt: duplicaturq; in eis pepoal poſt lamedpoal: ut à גָּלַל dicitur וְגִלְגַּלְתִּיךָ מִן חַסְלָעִים ideſt, Et uoluam te de

te de petris: Ieremiæ uigeſimoprimo. Sic à סָלַל Eccleſiaſtici decimo, וְהוּא לֹא פָנִים סִלָּל ideſt, Et ipſum non leue fecit, ſeu limauit facies. Et item à uerbo סָלַל habes Prouerbiorum quarto, סַלְסְלִיהָ וּתְרוֹמְמֶךָ ideſt, Exaltabeam, & eleuabit te: Prouerbiorũ quarto. & alia his ſimilia. Omnia autem huiuſmodi uerba non inueniuntur, niſi in coniugatione piel. Exemplum de quieſcentibus in ain, הִנֵּה יְהוָה מְטַלְטֵלְךָ טַלְטֵלָה גֶּבֶר ideſt, Ecce Dominus mutabit, ſeu transferet te tranſlatione uiri: Iſaiæ uigeſimoſecundo. cuius prima radix eſt טִיל Hinc eſt illud וַיְטִילוּ אֶת־הַכֵּלִים ideſt, Et proiecerunt uaſa: Ionæ primo. Hinc quoq; naſcitur illa coniugatio, quam grãmatici uocant quadratam, nempe quæ duplicat lamedpoal, ut à שׁוּב fit מְשׁוֹבֵב conuertens, & à קוּם ſurrexit, מְקוֹמֵם

erigens. Verum, iam probauimus ea uerba esse de cõiugatione piel, nec diu tius hic sistendum censemus.

7 Verbum quinq; literarum essentialium non inuenitur, nisi unum: nempe חֲמַרְמַר ut חֲמַרְמְרוּ מֵעַי id/est, Turbata sunt uiscera mea: Threno rum secũdo. Et in pausa, פָּנַי חֲמַרְמָרוּ idest, Facies meæ conturbatæ sunt, seu fletu sordidæ factæ sunt: Iob decimo/sexto. Duplicatur autem in hoc uerbo ain & lamed post tres radicales literas. Nam radix eius est, חָמַר idest, luto/sum, sordidum seu turbatũ fuit. Hæc uerò לִבִּי סְחַרְחַר idest, Cor meũ flu/ctuat, seu instabile uagatur: Psalmo trigesimooctauo. Item הֲפַכְפַּךְ דֶּרֶךְ idest, Peruersa est uia: Prouerbiorum decimoquinto. sunt nomina adiectiua sicut & illa, יְרַקְרַק flauus, אֲרַמְרַם ru fus: Leuitici decimotertio.

Inue

8 Inuenitur quoq; uerbum unum ex quiescẽtibus in lamed he, constans quinque radicalibus literibus: nempe, יָפְיָפִיתָ מִבְּנֵי אָדָם idest, Pulchrior fa/ctus es præ filijs hominum: Psalmo quadragesimoquinto. cuius radix est יָפָה duplicãturq; in ea pe & ain, & est de coniugatione kal: sed חֲמַרְמַר est de coniugatione pual: tametsi nihil re/ferret, si ipsum coniugaremus iuxta pa rentis sui formam, hoc est, in piel: dicẽ/do, חִמַּרְמַר חִמַּרְמַרְתָּ Sic enim aiunt Grammatici, quod omnis radix quæ in parente seu actiua uoce inuenitur coniugari, potest quoq; & in passiua uoce inflecti: & econuerso, ut יֻקַּח נָא מְעַט מַיִם idest, Accipiatur quęso pau xillum aquæ: Geneseos decimoocta/uo. וְכִי יֻתַּן מַיִם עַל זֶרַע idest, Et quo niam dabitur aqua super semen: Leui/tici undecimo. quæ ambo sunt de con/

iugatione

iugatione hophal: ergo poterimus ea quoq; cõiugare iuxta normam parentis sui, idest hiphil, & dicere הִלְקִיחַ tulit, הִנְתִּין contulit.

9 In hunc itaq; modum si inueneris uerbũ unum in aliqua certa coniugatione, poteris ipsum consequenter inflectere per totam illam coniugationem: ut à הִשְׂמַחְתָּ בָּל אוֹיְבָיו idest, Lætificasti omnes inimicos eius: Psalmo octuagesimonono, poteris in hiphil formare participium pręsens, uidelicet מַשְׂמִיחַ lætificans: & participium præteritum, מוּשְׂמַח lætificatus: & infinitiuum atq; imperatiuum הַשְׂמַח lætificare, uel הַשְׂמִיחַ exhilara & exhilarare: & futurũ, אַשְׂמִיחַ lætificabo, יְהוָה אֱלֹהֵינוּ אוֹתָנוּ יַשְׂמִיחַ עַל־יַד עַבְדוֹ מָשִׁיחַ אָמֵן idest, Dominus deus noster lætificet nos per manum serui sui Maschiæ, Amen.

ORATIO TERTIA

DECLARAT Oratio tertia uarias formas & מִשְׁקָלִים idest Ponderationes Nominum perfectorum: diuiditurq; instar priorum orationum, in tredecim Fundamenta.

Seb. Munsterus.

POnderationes Nominum uocantur uariæ formæ nominum, ubi quæ eiusdem sunt formæ & eorũdem punctorum, seruant communem normam in sui inflexione: ut sicut à מֶלֶךְ fit מְלָכִים Sic חֶבֶן חֶבֶל צֶרֶק & similia, eandem seruant formam, quum de singulari in pluralem numerũ mutãtur. Sed Elias ipse iam declarat hanc ponderationem.

FVNDAMENTVM PRIMVM, in quo explicatur quid significe/tur per dictionem מִשְׁקָל & quomodo nomina soleant ponderari.

Elias. 1



CRIPSIMVS iam in oratione prima fundamento tertio, quòd radicem unamquanque consueuerint grammatici ponderare iuxta pondus seu formam huius dictionis פעל Quemadmodum aũt agunt in uerbis, sic quoq; faciunt in Nominibus. Exemplum. Hoc nomen אֶרֶץ terra ponderãt seu exigunt iuxta formam פָּעָל Et חָכָם ideſt sapiens, ponderatur iuxta formã פָּעַל Similiter ea nomina quæ habent à fronte uel à calce additionem literæ habent similem ponderationem: ut, משמר

מִשְׁמָר ideſt custodia, exigitur ad formam מִפְעָל & זִכָּרוֹן ideſt memoria, ad formam פִּעֲלוֹן Sic תִּפְאֶרֶת ponderatur per תִּפְעֶלֶת & cætera.

Seb. Munsterus.

Summa huius capitis est, quod à radice פעל fiunt diuersæ Nominum formæ per uaria pũcta & per adiectionem literarum à fronte & calce, item per subtractionẽ primæ aut tertiæ radicalis literæ: ut פָּעַל פָּעֵל פּוֹעֵל תִּפְעֶלֶת & aliæ multæ id genus formæ, ad quas reducuntur omnia nomina quæ sub diuersis istis inueniuntur formis.

Elias. 2

Idem sentiendum de nominibus quæ deriuantur ab ordinibus defectiuorum & quiescẽtium. Nam & illa exiguntur ad formã dictionis פעל hoc est (ut me intelligas) quãdo deficit aut quiescit

quiescit litera à nomine, tunc quoque iuxta formam illam deficit uel quiescit litera una à dictione פעל Exẽplum, מַטָּע plantatio, מַשָּׂא onus: ut in his dictionibus deficit litera una radicalis, scilicet nun,& additur à capite mem litera,sic pondus illarũ ad quod exigun tur:nempe מַעַל caret prima radicali, uidelicet מ & suscipit additionem litera מ Idem obseruandum in מַטָּרָה ideſt obseruatio, & מַתָּנָה donatio: quæ pro suo pondere habent dictionem מַעֲלָה In his enim omnibus deficit pepoal,additurq; à fronte litera mem,& à fine accedit he fœminina litera, saltem in duobus posterioribus exemplis.

Seb.Munsterus.

Hæc omnia non sunt admodum necessaria: sed ad hoc seruiunt,ut scias in nomine defectiuo,quæ litera essentialis

tialis deficiat, prima,secunda aut tertia:ut in nomine מַתָּנָה deficit prima radicalis litera nun,& accedit à fronte litera hæemanthica mem,& à calce litera fœminina he.

Elias. 5

Idem quoq; fit in quiescentibus in pe iod: ut שֵׁנָה somnus, יֵדָעָה scientia, עֵצָה consilium:in quibus omnibus deficit iod pepoal,& accedit in fine he litera fœminini,iuxta formam עֲלָה Sic in ordine quiescetium in ain: ut אוֹר lux, יוֹם dies:quorum מְשְׁקָל seu forma est פּוֹל Idem iudicium est de סִיר olla, קִיר paries:quæ habent פֵּיל pro suo pondere: & זָר alienus, צָר tribulator, habent פֵּל pro suo miscal: ut uidebis.

4 Haud dissimilis ratio est in illis quiescentibus,quando habent literam aliquam superadditam: ut מָקוֹם locus

cus, מָלוֹן diuersorium, quæ sunt de forma מַפּוֹל Et תַּכְנִית similitudo, & תַּרְמִית deceptio, habent formam מַעֲלִית Sic de omnibus Nominibus omnium ordinum agitur. Verum, hic diligenter aduertendū est, quando huiuscemodi formas constituis: ut scias, quæ litera sit radicalis, & quæ ministerialis: ne fortè impingas, & præsertim in uerbis. Exempli gratia: מוֹצֵא אֲנִי מַר מִמָּוֶת ideſt, Inuenio ego amariorem morte: Ecclesiastici septimo. cuius miscal est מוֹעֵל Nam est participium præsens de coniugatione kal, à radice מָצָא, inuenit: at מוֹצֵא רוּחַ מֵאוֹצְרוֹתָיו ideſt, Educens uentum de thesauris suis: Psalmo centesimo trigesimoquinto. illius radix est יָצָא exiuit: & est in hoc loco participium præsens de coniugatione hiphil, iuxta formam & miscal מוֹעֵל & cætera.

Idem

5 Idem nunc obseruandum in nominibus: ut, מַפַּל בַּר ideſt, Quisquiliæ frumenti: Amos octauo. quod habet formam huius מַקַּל יָד ideſt, Baculus manus: Ezechielis trigesimonono. Est autem מַפַּל ex defectiuis in pe nun, habetq; superadditam literam mem: sed מַקַּל est ex integris: estq; mem litera essentialis: sicut & in simili casu מָקוֹם ideſt locus, habet formam שָׁלוֹם ideſt pax: sed מקום est ex quiescentibus in ain, & שלום ex perfectis. Et hæc quidem tam in regimine quàm in plurali numero inter se, quātum ad formam attinet, nullam habent differentiā, sed ut horum puncta sic quoq; illorum mutantur. quemadmodum id latius explicabimus, de singulis in suis quibusq; locis & fundamentis loquuturi.

FVNDAMENTVM SECVNdum, in quo declarantur causæ ob quas puncta in Nominibus mutãtur: & quæ sint puncta mutabilia, atq; in quæ mutentur.

Elias. 1

SCiendum itaq; causas, quæ nomina in punctis mutãt, esse quatuor: harum autem signum est סְמִיכוּת ideſt regimen, רִבּוּי pluralis numerus, נְקֵבוּת fœmininus casus, & בְּנוּיוֹת affixorum subiunctio. Puncta uero, seu uoces quæ in nominibus mutationem admittunt, sunt quatuor: uidelicet Camez, Zere, Sægol, & Holem. Quin & Scheua, est quasi unum ex illis: non tamen annumeratur illis, quia non continetur in summa uocalium: quemadmodum declarabitur in tractatu Cantici.

Seb.

Seb. Munsterus.

Sensus huius distinctionis est: quando nomen aliquod constat punctis Camez, Zere, Sægol & Holem, & est mutandum de singulari in pluralem, aut de masculino genere in fœmininum, aut de statu absoluto in statum regiminis uel affixionis, sunt puncta illa mutanda secundum Regulas subscriptas.

Elias. 2

Mutatur autem zere & camez ferè semper in scheua, & præsertim quando ponuntur sub prima litera. Quando uero scribuntur sub secunda litera, migrant in pathah. Exemplum: à דָּבָר in regimine dicis, דְּבַר יְהוָה ideſt, Verbum Domini: Geneseos decimoquinto. Et à זָקֵן in constructione dicis, זְקַן בֵּיתוֹ ideſt, Senex domus suæ: Geneseos uigesimoquarto. Sic cum

quibuſdam affixis ſingularis numeri. Mutantur quoq; in ſcheua cum aliquibus affixis pluralis, & in conſtructione, ut ſingula hæc infrà cõſpicies Fundamento ſeptimo.

Seb. Munſterus.

Regimen ſeu conſtructionem, Hebræi uocant coniunctionem nominatiui & genitiui: ut eſt, Præfectus urbis, Dominus terræ, Creator cœli. Et in talibus loquutionibus nominatiuus ferè ſemper mutat puncta, quando in ſtatu abſoluto habet unum ex memoratis punctis. Exempla ſuppeditat hic noſter Elias.

Elias. 3

Regula. Omne nomen perfectum, cuius uocale primũ eſt camez, migrat in omnibus memoratis mutationibus in ſcheua. Idem iudicium eſt de nominibus, quorum primũ uocale eſt zere.

Eſt

Eſt tamen diſcrimen aliquod inter camez & zere, quia camez mutatur in omni nomine in ſcheua, quæcunque fuerit uox ſecunda: ſed zere non mutatur, niſi quando uocale ſecundum fuerit camez.

Seb. Munſterus.

Inueniuntur pauca quæ hanc regulam non ſeruant: ut à בָּרָשׁ fit plurale פָּרָשִׁים equites. Sic חָרָשׁ & in plurali חָרָשִׁים artifices. Tamen rabbi Kimhi dicit hæc eſſe ex dageſſatis, nempe quod חָרָשׁ primam debuit habere per pathah & res dageſſatam, ſi illius eſſet capax.

Elias. 4

Exemplum. Quando uocale primum eſt camez: ut, זָקֵן קָצִיר גָּדוֹל רָבָר ab his dices in conſtructione ſingulari, רִבִּר uerbum, גָּדוֹל magnus, קָצִיר meſſis, זָקֵן ſenex. Et cum affi-

xis, וְקַנּוֹ קְצִירוֹ גְּרוֹלוֹ רְבָרוֹ Et in plu-
rali, דְּבָרִים גְּרוֹלִים קְצִירִים וְקַנִּים Et
cum affixo, דְּבָרָיו גְּרוֹלָיו קְצִירָיו וְקַנָּיו
Sed in regimine plurali habēt ſub pri-
ma litera hirec: ut דִּבְרֵי גְּרֹלֵי קְצִרֵי וְקַנֵּי
Cuius rationem tibi aperiam in Fun-
damento ſexto,

Seb. Munſterus:

Quod hic Elias à pluralibus ab-
ſolutis קְצִירִים & גְּרוֹלִים deducit
iſta pluralia cōſtructiua קְצִרֵי & גְּרֹלֵי
nulla poteſt probari autoritate, quum
קְצַר in plurali faciat קְצִרִים Et in re-
gimine קְצִרֵי Sed quæ alia forma eſt,
quàm קְצִיר Idem ſentiendum de
גְּרֹלֵי quod nullo pacto deriuari po-
teſt à גְּרוֹל Nam גְּרוֹל facit in plu-
rali conſtructiuo גְּרוֹלֵי & non גְּרֹלֵי
Patet id quarti Regum decimo, ubi ſic
habetur גְּרוֹלֵי חָעִיר ideſt, Maiores
uitatis.

Elias

Elias. 5

Ea uero quorum uox prima eſt
zere: ut eſt לֵבָב ideſt cor, עָנָב bonus,
שֵׂעָר crinis: & his ſimilia: zere quoq;
mutant in ſcheua, ſcilicet hoc pacto:
לְבַב עָנַב שְׂעַר Et cum affixis, לְבָבוֹ
cor eius, עֲנָבוֹ uua eius, שְׂעָרוֹ pilus
eius: & in plurali, עֲנָבִים לְבָבִים & cæ-
tera. At quando uocale ſecūdum non
eſt camez, zere quod eſt in capitis no-
mine non mutatur: ut אֲפוֹר humera-
le, אָבוּס præſepe: & in regimine, אַפּוֹר
בַּר ideſt, Humerale lini: ſecundi Regū
ſexto. אֲבוּס בַּר ideſt, Præſepe uacui-
tatis: Prouerbiorum decimoquarto. &
אַפּוֹרוֹ humerale eius, אֲבוּסוֹ præſepe
eius. Idem ſentiendum eſt de ſingulis
quatuor memoratis mutationibus, in
quibus iſta forma, quantum ad pun-
cta uocalia attinet, nullam habet mu-
tationem.

6 De his uero nominibus quorum ſecundum uocale eſt ſægol, iam non dicam, ut eſt סֵפֶר liber, עֵגֶל uitulus, עֵשֶׂב herba: & ſimilia. ſed explicabuntur Fundamẽto ſequenti. Inueniuntur quoq; pauca cum quatuor punctis: hoc eſt, cum duplici zere: ut, הֵילֵל בֶּן שָׁחַר ideſt, Lucifer filius auroræ: Iſaiæ decimoquarto. תֵּבֵל וְיוֹשְׁבֵי בָהּ ideſt, Orbis & qui habitant in eo: Pſalmo uigeſimoquarto. Et hæc non inueniuntur in plurali, neq; cum affixis. Sed תֵּבֶל הוּא ideſt, Scelus eſt: Leuitici decimooctauo. quod ſignificat תּוֹעֵבָה abominationẽ, habet ſex puncta: & pro ſigno utriuſq; ſint tibi iſta, אַרְבָּעָה הֵם קְטַנֵּי אָרֶץ ideſt, Quatuor ſunt parua terræ: Prouerbiorum trigeſimo. שֵׁשׁ חָנַח שָׂנֵא יְהוָה ideſt, Sex iſta odit dominus: Prouerbiorũ ſexto. Prudens intelligit quid per hæc uelim.

Seb.

Seb. Munſterus.

Senſus huius loci eſt, quod pauca ſunt quæ inueniuntur cum quatuor punctis, quæ autem habent formam duplicis ſægol: ut eſt אֶרֶץ illa ſunt in magno numero. Trahit autem ſcriptũram ad propoſitũ ſuum, ut intelligas per parua terræ, ea quæ pauca numero ſunt, illa (inquit) quatuor conſtant punctis. Alia autoritas non tam commode quadrat propoſito ſuo.

Elias. 7

Proinde pauca inueniuntur quorum punctum uocale eſt camez, & ſecundum ſægol: ut אָוֶן uanitas, עָוֶל iniquitas, מָוֶת mors: & ſimilia: & in illis omnibus eſt ainpoal uau, & idcirco æquum eſt ut talia ponantur in numero quieſcentium in ain uau: ut declarabimus Oratione quarta, fundamento quarto, ſigno quarto.

Nota

8 Nota etiam, quod uocale ſecundum nunquam mutatur, niſi quando fuerit camez uel zere: talia enim nomina in regimine ſingulari mutant zere uel camez in pathah, & in regimine plurali in ſcheua, ſicut & cum quibuſdam affixis pluralis: quemadmodum id declaraturi ſumus Fundamento ſeptimo huius orationis.

Seb. Munſterus.

Exempla huius loci ſunt דָּבָר & זָקָן In regimine, דְּבַר & זְקַן Et in plurali conſtructiuo, זִקְנֵי דִבְרֵי & cætera his ſimilia.

Elias. 9

Sed in reliquis mutationibus non regulariter mutantur: ſicut ſuprà ſatis monſtrauimus.

Seb. Munſterus.

In plurali enim abſoluto manet camez & zere: ut דְּבָרִים & זְקֵנִים Sic in

in fœminino genere חֲרָשָׁה ideſt noua, זְעָנָה uetula.

FVNDAMENTVM TERTIVM, in quo declarantur nomina quæ habent punctum ſægol.

Elias. 1

NOueris nunc̄ꝙ inueniri aliquod nomen, cuius uocale primum ſit ſægol, quin & ſecundum uocale ſit ſægol: ut ſunt בֶּגֶד ueſtis, קֶבֶר ſepulchrum, חֶסֶד pietas: & ſimilia. Et forma illa nominum excedit in numero reliquas formas nominum: uocāturc̄ꝙ nomina ſex punctorū, & habent ſemper accentum millel (hoc eſt, in penultima ſyllaba) nec mutantur in regimine ſingulari uniuerſaliter: ut eſt, בֶּגֶד בְּשָׁתִים ideſt, Veſtis linorum: Leuitici decimotertio. חֶסֶד אֵל ideſt, Miſericordia dei: Pſalmo quinquageſimoſecundo. Sed cum affixo ſingularis uer-

titur

titur sægol primum in hirec,& secundum in scheua: ut בִּגְרוֹ ideſt, ueſtis eius, קִבְרוֹ sepulchrum eius : & alia istis similia.

Seb. Munsterus.

Sunt tamen multo plura, quæ sægol primum mutant in pathah:quemadmodum sequenti ostenditur signo.

Elias. 2

Hic etiam aduertendum,quando litera prima est una ex gutturalibus, tunc migrat sęgol primum in pathah: ut חַסְרוֹ ideſt,misericordia eius, עַבְרוֹ seruus eius:& cætera. Inueniuntur tamen & alia multa,quæ in hoc casu habent pathah,etiã quando prima non est gutturalis: ut à רֶגֶל dicitur רַגְלוֹ pes eius, & à גֶּפֶן fit גַּפְנוֹ uitis eius: & his similia.

Seb. Munsterus.

Multa sunt quæ cum affixis in singulari

gulari & in plurali constructiuo mutant sægol primum in pathah:& sunt בֶּרֶם כֶּלֶב מֶלֶךְ נֶפֶשׁ רֶחֶל & alia multa. Idem intelligendum est de adiectiuis,quæ de masculino in fœmininum mutantur genus: ut מֶלֶךְ rex, מַלְכָּה regina, כֶּלֶב canis, כַּלְבָּה canicula, עֶבֶד seruus, עַבְדָּה famula.

Elias. 5

In reliquis autem mutationibus, omnia ista nomina insequuntur normam nominum camezatorum : nam ut à דֶּבֶר dicis דְּבָרִים דִּבְרֵי דְּבָרָיו Sic à בֶּגֶד dices, בְּגָדִים uestes, בִּגְדֵי uestes, בְּגָדָיו uestes eius:& cætera.Et ab חֶסֶד fit חֲסָדִים חַסְדֵי חֲסָדָיו

4 Scias etiam,quædam nomina inueniri cum sex punctulis,quæ interdum habent tantum quinq; puncta, quale est גֵּר notum,quod quinquies inuenitur habere quinque puncta:& extra

extra illa loca ſemper habet ſex puncta. Sic שִׂבֶל intellectus ſeu ingeniũ, in quinque locis inuenitur habere ſex puncta, & extra illa loca ſemper habet quinq; puncta in hunc ſcilicet modum שִׂבֶל Sunt denicq; & alia multa, quæ hic exceptionem habent, & illa poſſunt cognoſci ex Annotatione maſoreth מַסוֹרֶת Et nos citabimus in æditione noſtra magna, quam ſecundò incœpimus, occaſione ſumpta ex illo מסורת

Seb. Munſterus.

Liber ille iam æditus eſt, & à nobis poſt Venetianam euulgationẽ denuo publicatus. Nomen operis eſt, Maſoreth hammaſoreth.

Elias. 5

Inueniuntur etiam nomina, quæ ſemper ueniunt cum quinq; punctis: ut ſunt סֵפֶר liber, עֵגֶל uitulus, עשֶׂב herba

herba: & ſimilia. Sed nunquam inuenitur aliquod nomen, cuius primum uocale ſit ſægol & ſecundum zere.

Seb. Munſterus.

De his nominibus quæ conſtant quinq; punctis, hoc eſt zere & ſægol, paulopoſt dicetur, quomodo eorum puncta mutentur.

Elias. 6

Sed & hoc notandum, quod nomina illa quæ habent ſex puncta ſiue duplex ſægol, in duobus differunt à nominibus illis quæ aliquando (uel quæ ſemper) quinq; conſtant punctis: uno modo quando ueniunt in pauſa, hoc eſt, ſub athnah aut fine ſententię: tunc enim ea quæ ſex habent puncta, mutant ſægol primum in camez: ut, הוּא יִהְיֶה לִי עָבֶד ideſt, Ipſe erit mihi ſeruus: Geneſeos quadrageſimoquarto. Sic וְעֵרוֹם יַבֶּסֶת בֶּגֶד ideſt, Et nudum

operiet

operiet ueſtimento: Ezechielis decimo octauo. & alia his ſimilia. Sunt præterea, quæ etiam cum accentu zakeph ſic mutantur: ut, מְתַחֶרֶת בָּאָרֶז ideſt, Aemularis cedrum: Ieremiæ uigeſimo ſecundo. Sunt item alia quædam ex his, quæ etiam in æthnachtah & fine ſententiæ non mutantur: ut מֶלֶךְ rex, תֶּבֶן palea: & illis ſimilia. Verum בַּסָּת ubique unum punctum mutat, excepto illo loco, נָחְפָּה בַּפַּסָּת ideſt, Opertus quaſi auro: ubi ſub pauſa athnah retinet ſægol. Et quidem huius rei rationē facile poſſemus reddere, ſed temporis anguſtia id nos hic prohibet. Rurſum illa quæ quinque ſcribuntur punctulis, nunquam habent in pauſa punctum camez.

Seb. Munſterus.

Lectio ſacrorum Bibliorum, in multis te de his nominibus & eorum muta

mutationibus reddet exercitatiorem.

Elias. 7

Alio modo in hoc differunt, quod ea quæ ſex habent ſubnotata puncta, in affixione ſingulari interdum habēt punctum hirec, & interdum pathah: ſicut id ſuprà indicauimus: ſed illa quæ ſcribuntur cum quinq; punctis, ſemper habent hirec: etiam ſi conſtent ex gutturalibus literis, nō mutatur hirec, ſaltem in pluribus locis. Exemplum. Ab עֶשֶׂב dicitur in regimine plurali עִשְׂבוֹת הָרִים ideſt, Herbæ mōtium: Prouerbiorum uigeſimoſeptimo. Sic ab עָקֵב fit עִקְּבוֹת מְשִׁיחֶךָ ideſt, Veſtigia Chriſti tui: Pſalmo octuageſimonono. Quæ uero mutātur, mutantur in ſægol: ut חֶלְקוֹ ideſt pars eius, עֶגְלוֹ uitulus eius, חֶלְבּוֹ adeps eius. Idem obſeruatur in regimine plurali, ut חֶלְקֵי ideſt partes, עֶגְלֵי uituli: &

cætera. Per hunc igitur modum poteris ista discernere ab illis.

Seb. Munsterus.

Idem iudicium est de adiectiuis, quæ in fœmininum mutantur genus: ut עֵגֶל uitulus, עֶגְלָה uitula, חֵלֶק & חֶלְקָה pars: quod tamen substantiuum est.

Elias. 8

Et nota, quòd omnia ista, tam quæ sex constant punctis, quàm quæ quinque, quando pro lamedpoal habent literam heth uel ain, migrat sægol alterum in pathah: ut צֶמַח germen, שֶׁבַח hymnus, פֶּרַח flos, שֶׁבַע septem: & alia his similia. Quod si ain poal fuerit heth litera uel ain, mutatur utrunq; sægol in pathah: ut בַּחַל torrens, שַׁחַר aurora, בַּעַר stultus, בַּעַר puer: & similia. Sed פֶּחָם pruna, גֶּחָל carbo, פֶּחָשׁ mendax: hæc sunt de dagessato

gessatorum forma. quod hinc dignoscitur, quia non mutantur in plurali numero. Nam dicitur, גֶּחָלִים בָּעֲרוּ id est, Carbones exarserunt: Psalmo decimooctauo. & בְּנִים פֶּחָשִׁים idest, Filij mendaces: Isaiæ trigesimo.

Seb. Munsterus.

In his quoq; quæ desinunt in he literam stabilem & incommutabilem, mutatur sægol posterius in pathah: ut sunt, גֹּבַהּ splendor, גַּבַּהּ altitudo. Habent tamen hæc duo nomina locũ in sequenti Fundamento. Item in forma בַּעַר excipitur unum, nempe נַחַל לְחֶם quod ob mediam gutturalem literam non mutat duplex sægol in duplex pathah. Et singulare רַחַם non facit plurale רְחָמִים sed רַחֲמֵי mo re pluralis constructiui.

Elias. 9

Sed & hoc notandum, quod ista

omnia ſunt מִלְרַע hoc eſt,habent accentum in ultima:quæ uero pathãtur, illa ſemper ſunt מִלְעֵיל hoc eſt,habent accentum in penultima, ſicut illa quæ habent ſex & quinque punctula. Et in hoc quoquè illa diſcernuntur ab his quæ conſtant duplici camez: nam ea ſemper ſunt מִלְרַע ut וָהָב ideſt aurum, דָּבָר uerbum, עָשָׁן fumus. Aduerte id bene,quia eſt regula notatu digna.

FVNDAMENTVM QVARTVM in quo declarantur formæ nominum,quorum prima uox eſt holem.

Elias. 1

SCiendum quãdo uocale primum in aliqua dictione eſt holem,illud in affixorum ſubiunctione ſingulari, & in plurali,atque in regimine plurali mutatur in hatephcamez:ſed hac conditione

ditione, quòd uox ſecunda ſit ſægol, & non alius punctus: ut אָזֶן ideſt auris, קֹדֶשׁ ſanctitas, חֹדֶשׁ menſis: & ſimilia. Hinc enim dicitur אָזְנוֹ auris eius, אָזְנֵי אָזְנַיִם & חָדְשׁוֹ חָדְשֵׁי Et cum affixis, אָזְנָיו aures eius: & cætera. At in regimine ſingulari nunquam mutantur:ut, אָזֶן אַהֲרֹן ideſt, Auris Aharon: Exodi uigeſimooctauo. & קֹדֶשׁ יְהוָה ideſt, Sanctitas Domini: Leuitici decimonono: & ſimilia.

Seb. Munſterus.

Habet hæc regula quoq; locum in his nominibus quæ ob tertiam gutturalem mutant ſægol in pathah:ut ab אֶרֶח in plurali conſtructiuo dicitur אָרְחוֹת יְהוָה ideſt, Semitæ Domini. De quo infrà ſigno quarto.

Elias. 2

Potiſſimum autem in perfectis, neceſſe eſt ut uox ſecunda ſit ſægol:

alioquin in quieſcentibus in lamed he mutatur etiam holem,quando uocale ſecundum non fuerit ſægol. Quod loco ſuo declarabimus, nempe in Oratione quarta,fundamento nono,capitulo quarto.

Seb. Munſterus.

Exemplum quinti ordinis eſt, עֹנִי afflictio: à quo,in affixorum ſubiunctione dicitur עָנְיִי afflictio mea. Sic חוֹלִי ideſt infirmitas, חֳלָיֵנוּ infirmitates noſtræ.

Elias. 3

Porrò quando in perfectis uox ſecunda non eſt ſægol,ut in his, אוֹצָר ideſt theſaurus, כּוֹכָב ſtella, עוֹלָל infans:& ſimilibus: holem quod eſt in capite regulariter non mutatur. Punctus uerò camez, aut zere, qui eſt in calce,qualiter illud mutetur iam oſtendimus in Fundamento ſecundo,capitulo

tulo ſeu ſigno huius Orationis tertio.

Seb. Munſterus.

Mutatur autem punctus camez in pathah,in regimine ſingulari: ut כּוֹכַב חַשָּׁמַיִם ideſt, Stella cœli:& in plurali conſtructiuo כּוֹכְבֵי & cætera. Zere uero non mutatur,niſi quod in plurali numero migrat in punctum ſcheua: ut עוֹלָלִים Porrò עוֹלָלִים habet pro ſuo ſingulari עוֹלַל

Elias. 4

Scripſi etiam paulo ſuperius in nominibus quæ ſex conſtant punctulis. Fundamento tertio, capitulo octauo, quod propter heth literam uel ain,poſterior punctus ſægol migret in punctum pathah:& hæc eadem regula locum etiam hic habet:nam ab אוֹרַח & בּוֹעַ dices אָרְחוֹ ideſt ſemita eius,& בְּבָעוֹ galea eius:& cætera. Quando autem ainpoal eſt una ex literis guttu-

 ralibus

ralibus,tunc migrat hatephcamez ſub ainpoal,& pepoal habet punctum camez:ut ab אָהֳלוֹ dicitur אָהֳלוֹ tabernaculum eius:& à תֹּאַר forma, תָּאֳרוֹ forma eius.

Seb.Munſterus.

Sunt itaq; hæc nomina גֶּבַע galea, אֹרַח ſemita, קֹדֶשׁ ſanctitas, & גֹּבַהּ altitudo:eiuſdē formæ:niſi quod ultima gutturalis mutat ſægol in pathah, ſicut & צֶמַח & מֶלֶךְ eiuſdem ſunt formæ eadem ratione.

FVNDAMENTVM QVINTVM in quo declarantur formæ nominum, quibuſcunq; aliſs à iam memoratis conſtent punctis.

Elias.

ADuertendum præterea, quod pauca inueniũtur nomina,quorum prima uox eſt ſchurec. Exempla, מִינִים

מִינִים וְעוּגָב ideſt, Chordæ & organum:Pſalmo centeſimoſecundo. עָגִיל וְנֶזֶם ideſt, Inauris & murenula:Numeri trigeſimoprimo. Inuenitur denique tantum unum quod habet hatephcamez, nempe מַעֲשֵׂה יְדֵי אֱמָן ideſt,Opus manuum artificis:Canticorum ſeptimo. Et ſic non reſtant nobis alia puncta quæ explicemus, præter pathah,hirec,& tria pũcta,hoc eſt kybuz : pro quibus tibi unam damus regulam omnibus ſatisfaciẽtem,& eſt hæc. Quia enim tria illa puncta ſunt ex minoribus, congruum fuit ut ſemper poſt ea ſequeretur dages: de qua re fuſius loquemur in tractatu Cantici. Nunc autem nomina dageſſata nunquam mutantur: exempla, אַבִּיר ideſt magnificus, בַּבִּיר fortis, גַּנָּב fur, סֻלָּם ſcala. Hinc dices in regimine אַבִּיר הָרֹעִים ideſt,Præcipuus paſtorum

ſtorum: primi Regũ uigeſimoprimo. בַּבִּיר כֹּחַ ideſt, Robuſtus uirtute: Iob trigeſimoſexto. Et in ſtatu affixorum, אַבִּירוֹ ideſt magnificus eius, בַּבִּירוֹ robuſtus eius. Sunt tamen pauca quæ excipiũtur ab hac regula mutationem admittentia.

2 Nota etiam, quod nomina à capite ſcheuata, nũquam mutant illud ſcheua: ut

דְּבַשׁ mel,
גִּבּוֹר uir,
זְאֵב lupus,
חֲמוֹר aſinus,
גְּבוּל terminus:

& his ſimilia: in quibus ſcheua nunquam mutatur. Quod autem inueniꝛtur Canticorum quarto, אָכַלְתִּי יַעְרִי עִם דִּבְשִׁי ideſt, Comedi fauũ meum cum melle meo: putant illud aliam habere formam: ut nulla eſt Nominum forma, quæ à communi regula non patiatur

tiatur aliquam exceptionem. De quiꝛbus ampliorem faciemus mentionem in Præfatione noſtri libri Compoſiꝛtionis: uide ibi.

3 Præterea ſciendum, quod uox quæ illico poſt ſcheua uenit, nunquam mutatur, niſi quando fuerit camez: cuiuſmodi ſunt, כְּתָב ſcriptura, יְקָר honor: & his ſimilia. At iam explicuimus in Fundamento ſecundo, ſigno ſecundo, quo pacto mutetur camez. Porrò quando iſta nomina, de quibus hic agimus, ueniunt in regimine plurali, uertitur ſcheua capitale in punctum hirec: ut כִּתְבֵי ideſt ſcripturæ: יְקָרֵי honores: quorum rationem oſtendemus in ſequenti Fundamento.

Seb. Munſterus.

Nomina יְקָר כְּתָב & ſimilia, habent in plurali כְּתָבִים In regimine uero mutatur punctus camez in ſcheua

ua:ut בְּתָבִי Sed quia ab initiò dictionis ob geminationē, scheua primum regulariter mutatur in hirec, cogimur dicere בְּתָבִי & יִקְרִי De quo nunc Elias tractabit.

FVNDAMENTVM SEXTVM, in quo fit mentio de his quæ conducunt ad notitiam affixorum nominum.

Elias. 1

NOn inutile uisum est, ut præmittam tibi regulam unam notabilem, quæ conditionem scheua manifestet. Nam punctum illud est radix & fundamentum in affixorum ministerio, præsertim in nominibus perfectis. Itaq; sciendum, quod nunquam à capite dictionis duo scheua in simul scribuntur, ita ut unum mox consequatur alterum. Docuimus etiam paulo superius in Fundamento secundo, signo secundo

cūdo, quod camez & zere migrant in scheua in capite cuiuslibet nominis.

2 Idem iudicium habetur nonnunquam de eo in medio dictionis. Vnde quodcūq; nomen habet ab initio scheua, etiam si illud ex alio puncto natum fuerit: puta si camez uel alius punctus à principio nominis, mutetur in scheua ratione aliqua quatuor mutationum quas signauimus à capite Fundamenti secūdi, ueneritq; post huiuscemodi scheua punctus camez aut zere, & inciderit simul causa ad mutandum punctum camez uel zere in punctum scheua, certe concurrent in hoc statu duo scheua in à principio dictionis: sed impossibile est, ut sic pariter maneant, quemadmodum suprà scripsimus, ideo necesse est ut primum scheua migret in hirec, quoties huiuscemodi inciderit casus. Quod ut clarius

rius intelligas, hęc duo nomina זְקֵנִים & דְּבָרִים capias pro exemplo. Quum enim obtinuerint locum constructionis, illico in fine litera mem cadit: id quod explanabitur in Fundamento huius orationis duodecimo: & tum necesse erit, ut etiam uoces ipsæ alleuientur, nempe ut camez uel zere more suo in punctum scheua mutentur: quo facto, erunt duo scheua in à capite dictionis, dicendumq; tunc esset דִּבְרֵי זִקְנֵי Sed quia id non est possibile, ut illas dictiones sic punctuatas proferre queas, mutandum est primum scheua in hirec, dicendumq; דִּבְרֵי זִקְנֵי ideſt uerba, senes.

Seb. Munsterus.

Idem iudicium est de literis seruilibus ובלב quorum naturale pūctum est scheua: unde quando à fronte accedunt ad literam scheuatam, necesse est ut

ut eorum scheua migret in hirec: ut à דְּבָרִים dicis דִּבְרִים Sic לְדָבָרִים Ante iod uero scheuatum, utrunque scheua migrat in unum hirec: ut à וְיַדַּבֵּר dicimus וַיְדַבֵּר ideſt, & loquetur. Vau tamen quando à capite accedit ad literam scheuatā, mutatur scheua in schurec: ut à דְּבָרִים nō dicimus וְדְבָרִים sed וְדִבָּרִים ideſt, & uerba. Regulariter enim habet uau ante literam scheuatam & ante literas בּוּמָוּת schurec loco scheua: paucis exceptis locis ubi habet camez.

Elias. 5

Hinc liquet illos errare, qui dicunt in Thalmud, אֵיזֶהוּ מְקוֹמָן לְזִבְרֵי בְּחִנָּה quia à זִבְרִים fit constructiuum זִבְרֵי sicut à דִּבְרִים dicimus דִּבְרֵי Et quidem ego uidi in una glossarum, quæ sunt de ordinãda oratione, in qua scriptum habetur: dici debet לְזִבְרֵי בְחִנָּה

&

& non לְזִכְרִי quia זִכְרִי idem ſonat quod זִכָּרוֹן ideſt memoria. Nunc autem de maſculis ſacerdotio aptis, fit in Miſchna mentio. Ad quod ego dico, non eſſe ullum diſcrimen inter זִכְרִי ſi ipſum formes à זָכָר ſeu זִכָּרוֹן memoria, & inter זִכְרִי quando eſt à ſingulari זָכָר quod eſt maſculus. Nam dicimus à זָכָר memoria, זִכְרִי memoriæ: ſicut à בֶּגֶד ueſte, בִּגְדֵי ueſtes. Et quemadmodum abſurdum & contra Hebraiſmi proprietatem eſſet dicere בִּגְדִי Sic minime conuenit, ut dicamus זִכְרִי

Seb. Munſterus.

Iſta ſunt intelligenda de abſoluto plurali conſtructiuo, quod ſub hac forma abſolute, ideſt ſine affixis, nunquã inuenitur: cum affixis autem hanc tenet formam, exceptis his quatuor affixis, הֶם הֶן כֶּם כֶּן quæ exigunt plurale

rale conſtructiuum: ut זִכְרָיו memoriæ, uel maſculi eius: זִכְרֵיהֶם maſculi eorum. Verum de his lege Eliam, ut iam ſequitur.

Elias. 4

Porrò in ſtatu affixorum, pluralis numerus recipit omnia affixa à capite dictionis cum puncto ſcheua: ut

דִּבְרָיו uerba eius,
זְקָנָיו ſenes eius,
דִּבְרָיִךְ uerba tua.

Excipiuntur illa, quæ in fine habent literas mem & nun: propter quas opus eſt quadam uocaliũ alleuiatione: nam cum camez uel zere mutetur in ſcheua, & ſic duo concurrant ſcheua in: ut

דִּבְרֵיהֶם uerba eorum,
זְקֵנֵיהֶם ſenes eorum.

neceſſe eſt ut ſcheua primum uertatur in punctum hirec, dicaturq; דִּבְרֵיהֶם & זְקֵנֵיהֶם & cætera.

5 In hunc quoq; modum hæc nomina בְּתָב & יְקָר atq; his similia, quæ à principio habent pūctum scheua: quando ueniunt scribenda in plurali cōstructiuo, migrat scheua in punctum hirec, diciturq;

בִּתְבֵי הַקֹּדֶשׁ scripta sanctitatis,
יִקְרֵי רוּחַ gloriæ spiritus.

Tametsi hæc exempla non inueniantur in sententia aliqua Biblica, nihilominus sic dicimus per modum coniecturæ.

FVNDAMENTVM SEPTIMVM in quo explicantur Affixorum modi.

Elias. 1

IN primis est notandum, quod cuilibet nomini decem subiunguntur Affixa, seu Pronomina. Literæ autem quæ istud exequuntur officium, sunt numero sex: comprehenduntur q; signo

gno isto הַבְּנוּיִם hakenuijm.

Accipe igitur has decem Affixiones per ordinem: & quidem à Nomine דָּבָר dices

דְּבָרוֹ uerbum eius, masculini ge.
דְּבָרְךָ uerbum tuum, masculini g.
דְּבָרִי uerbum meum, mas. & fœ.
דְּבָרָם uerbum eorum:
דְּבַרְכֶם uerbum uestrum, masculini
דְּבָרֵנוּ uerbum nostrum, mas. & f.
דְּבָרָהּ uerbum eius, fœminini ge.
דְּבָרֵךְ uerbum tuum, fœminini g.
דְּבָרָן uerbum earum:
דְּבַרְכֶן uerbum uestrum, fœmini.

2 Vides quomodo prima litera in omnibus istis exemplis habet punctum scheua, & secunda camez: præter ea quæ in fine habent mem literam, uel nun: in quibus camez, quod est sub ainpoal, mutatur in punctum pathah: idq; propterea quod pluri-

bus quàm alia exempla, constent uocalibus.

Seb. Munsterus.

Id non intelligendum est de nudis literis mem & nun à fine adiectis: sed de syllabis בָם & בָן accipiendum est, quæ mutant camez alterum in punctum pathah.

Elias. 5

Nunc accipe formam affixorum in plurali numero.

A	דְּבָרִים	dicimus
	דְּבָרָיו	uerba eius, masculini ge.
	דְּבָרֶיךָ	uerba tua, masculini gen.
	דְּבָרַי	uerba mea, mascul. & fœ.
	דְּבָרֵיהֶם	uerba eorum:
	דְּבָרֵיכֶם	uerba uestra, masculini g.
	דְּבָרֵינוּ	uerba nostra, mas. & fœ.
	דְּבָרֶיהָ	uerba eius, fœminini ge.
	דְּבָרַיִךְ	uerba tua, fœminini gen.
	דְּבָרֵיהֶן	uerba earum: &

דְּבָרֵיכֶן uerba uestra, fœminini gen.

4 Hic uides, quod in omnibus istis dictionibus litera prima habet punctum scheua: præter quàm in illis quæ à fine asciscunt literã affixam mem uel nun. Illa enim mutant scheua in punctum hirec, quum duo scheuain à principio dictionis simul stare non possint: quemadmodum in præcedenti Fundamento scripsimus. Ponitur quoquè in omnibus memoratis exemplis, iod ante affixum ipsum ceu signum pluralis numeri.

Seb. Munsterus.

Excipitur affixum iod, quod non patitur secum iod plurale: nam minime dicitur דְּבָרַיי sed דְּבָרַי ideſt, uerba mea: præcedente pathah. Quando uero præcedit punctus hirec, tunc capitur singulariter: ut דְּבָרִי ideſt, uerbum meum.

Elias. 5

Proinde notandum, quod affixa quæ Nominibus subiunguntur, semper significant possessionem quādam: hoc est, significant rem ipsam per nomen expressam in illius esse possessione, quem affixum ipsum demonstrat.

Exemplum. Quando dicis

עַבְדּוֹ seruus eius, aut

אֲמָתוֹ ancilla eius:

significatur seruus, aut ancilla huius uel illius. At affixa quæ uerbis subiungūtur, eum indicant in quem actio aliqua ueluti in patientem transit: ut

פְּקָדוֹ uisitauit eum,

פְּקָדֵךְ uisitauit te.

Quod perinde est ac si diceres,

פָּקַד אוֹתוֹ ille uisitauit istum: aut,

פָּקַד אוֹתָךְ ille uisitauit te. & cætera.

Quod tibi aliquanto fusius explicabimus in tractatu Affixorum.

Sed

6 Sed & hoc aduertendum, quod literæ quæ à Nominum capite seruiunt, habent pro signo memorati uo מֹשֶׁה וּבִלְעָם Et quoniam propter eas Nomina in punctis uocalibus minime mutantur, non opus est ut hic quippiam de illis dicam, sed earum ministerium explicabitur in nostro Officiorum tractatu.

Seb. Munsterus.

Ministeria illarum literarum sunt: quòd Mem, est Præpositio à, uel ab.
Schin, Qui, quæ, quod.
He, litera articularis.
Vau, coniunctio copulatiua.
Caph, aduerbium similitudinis.
Lamed, articulus accusatiui casus.
Beth, præpositio In.

Sed hæ sex literæ præpositiuæ, non mutant puncta Nominum, sicut affixa postpositiua.

FVNDAMENTVM OCTAVVM in quo declarantur formæ Nominum fœminini generis.

Elias. 1

SCiendum, quod nomina fœminini generis plerunq; terminãtur in literam he, & litera mox præcedens punctuatur cum camez: & accentus dictionis cadit in eam literam quæ habet punctum camez: ut

צְדָקָה iusticia,
חָכְמָה sapientia,
גְּזֵלָה rapina,
אֲכִילָה comestio,
שִׂמְלָה uestimentum,
עֲבוֹדָה cultus,
מְלוּכָה regnum,
בְּהָלָה terror:

& alia his similia.

In regimine uero mutatur litera he in tau, & punctus camez in pathah: sed alia

alia puncta manent omnino incõcussa: nisi quod ea nomina quæ hanc habent formã פְּעֻלָּה qualia sunt בְּרָכָה ideſt benedictio, צְדָקָה iusticia: sic habent in constructione, בִּרְכַּת יְהוָה ideſt, Benedictio Domini: Geneseos trigesimooctauo. צִדְקַת יְהוָה ideſt, Iusticia Domini: Deuteronomij trigesimoprimo. Et cum affixis, בִּרְכָתוֹ & צִדְקָתוֹ & cætera.

Seb. Munsterus.

Excipiuntur, quæ mediam habent gutturalẽ: ut est צְעָקָה illa enim propter mediam hatephatam habẽt sub prima litera pũctum pathah: ut צַעֲקַת אָדָם ideſt, Clamor hominis.

Elias. 2

Causa uero huius est, quod camez primum transit in scheua, quod consequenter uertitur in punctum hirec: ob causam, quam iam suprà scripsi-

mus

mus in Fundamento huius Oratio/nis sexto.

Seb. Munsterus.

Concurrunt enim duo scheuain, sed quia simul legi nequeunt, mutatur primum scheua in punctum hirec: ut suprà satis explicatum est.

Elias. 3

Aliæ autem formæ nihil mutant: nam dicimus, חָכְמָתוֹ חָכְמַת

/ Sic גְּוֹלַת גּוֹלָתוֹ

& אֲבִילַת אֲבִילָתוֹ

& alia his similia.

4 Regula. He fœminina litera duplex habet signum per quod cognosci potest. Vnum est, quod semper habet punctum camez ante se. Alterum, quod necessariò accentus ponendus est sub eam literam quæ habet camez: hoc est, quod dictio illa habet accentum milra, siue in ultima. Quod si unum

unum ex his duobus signis defuerit, litera he non constituet nomen fœminínum, sed est uel ociosè superaddita, uel est radicalis: ut קָרָא לַיְלָה idest, Vocauit noctem: Geneseos primo capite. נַחַל מִצְרַיִם idest, Torrens Aegypti: Numeri trigesimoquarto. & אַרְצָה שֵׂעִיר idest, In terram Seir: Geneseos trigesimosecundo: & similia, in quibus accentus non est in ultima, & præterea in omnibus eis, he litera est superaddita, & nomen ipsum est masculini generis.

5 Porrò quando litera est radicalis, tunc nomen ipsum est de quiescentibus in lamed he: id quod illic latius declarabimus, & præsertim in sequenti Oratione, fundamento sexto, capitulis seu signis secundo & tertio, dabimus tibi quasdam regulas notabiles, per quas discernere debeas he literam

teram ſuperadditam ab he radicali.

FVNDAMENTVM NONVM, in quo declaratur plurale nominum fœminini generis.

Elias. 1

NOmina fœminina in plurali numero plerunque habent in fine literam tau: & quæ eam præcedit, punctuatur cum holem & uau quieſcente: ut צְדָקוֹת iuſticiæ,

חָכְמוֹת ſapientiæ: & ſimilia.

2 Aliquando autem uau illud ſcribitur, & aliquando non ſcribitur. Quod ſcribitur, uau plenum: & quod non ſcribitur, uau deficiens uocatur: ab autore qui fecit חֲמִסוֹרֶת ideſt, librum Traditionum, ſeu Collationū ſcripturæ. ut, תּוֹלְדוֹת ideſt, generationes: quod plurale ubique inuenitur deficiens, demptis duobus locis ubi eſt plenum

num. Sic צָרוֹת ideſt, tribulationes, ſemper inuenitur integre ſcriptum. Hoc uerò plurale חֻקּוֹת ideſt, decreta, in nouem locis repertum, octies eſt plenum & ſemel deficiens. Similiter pluralia maſculina, quæ deſinūt in ים aliquando patiuntur defectum in iod, ut חַתַּנִּים quod dracones ſignificat, ter deficere inuenitur. Et in uocabulo צָרְעַם iod poſterius quandoq; inuenitur expunctum. Et in hunc modum plurima inueniūtur, quemadmodum id auxiliante Domino indicabimus in æditione noſtra חמסורת quam iam non ſemel conteſtati ſumus nos prope diem ædituros.

3 Sunt quoq; nomina fœminina, quæ in ſingulari numero habent he literam fœminini, in plurali uero deſinunt in ים more maſculinorum: ut à שָׁנָה ideſt annus, dicitur שָׁנִים

anni

anni: & à נְמָלָה quod est formica, נְמָלִים formicæ: & alia his similia. Sicut & nomina masculina aliquando inueniuntur habere in plurali numero terminationem fœmininam: ut ab

אָב pater, fit
אָבוֹת patres: & à
בּוֹר puteus, dicitur
בּוֹרוֹת putei. & similia.

Sunt etiam quædam quæ in utranque desinũt pluralem terminationẽ: ut ab

חֲגוֹר cinctorium, fit plurale
חֲגוֹרִים &
חֲגוֹרוֹת cinctoria.

Sic à דּוֹר generatio, dicitur
דּוֹרוֹת &
דּוֹרִים generationes.

Verum iam contestati sumus, nos ædituros libellum unum, in quo explicabimus omnes huiuscemodi Nominũ diuersitates: uocaturq; nomen illius

סֵרֶק חֲמוּרוֹת ideſt, tractatulus Proprietatum.

FVNDAMENTVM DECIMVM, in quo declarantur nomina fœminina, quæ in singulari numero desinunt in literam tau.

Elias. 1

SCiendum, quemadmodum participium præsens fœminini in coniugatione kal, in singulari numero habet duplicem formam: nempe בּוֹקֶרֶת uel בּוֹקֶרֶת Et frequentius ista forma בּוֹקֶרֶת est in usu quàm alia: id quod suo loco fusius indicauimus, nempe Oratione secunda, fundamẽto primo & signo quarto: Sic quoq; nomina fœminina hanc duplicem formam habere inueniuntur, sed frequentius desinunt in literam he, quàm in tau: sicut id ostendimus suprà Fundamento octauo

ctauo,& in Fundamento ſequenti declarabimus quandam differentiã quæ eſt inter ea.

2 Scias igitur,quædam eſſe nomina fœminina,quæ in fine habent literã tau,& mox præcedens litera punctuatur cum ſægol: ut

קְטוֹרֶת uapor,
שִׁבֹּלֶת ſpica: & ſimilia.

Et frequentius talia nomina ſcribuntur cum duobus ſægolin,quæ literam tau mox præcedunt: ut

אַדֶּרֶת pallium,
עֲטֶרֶת corona: & ſimilia.

3 Noueris etiam,quod memorata nomina ſolum hanc duplicem habent formam:nam uel habent duplex ſægol,uel habent holem præcedente uno ſægol literam tau fœmininam. Idem ſentiendum de nominibus,quæ à fronte admittunt literam mem:ut

מִגְעֶרֶת

מִגְעֶרֶת increpatio,
מִשְׁקֹלֶת ponderatio:

aut habent ſuperadditam literam tau, ut תַּחְבּוֹשֶׁת ligatura,
תִּפְאֶרֶת ornamentum.

& punctus qui eſt ante holem uel ſægol nũquam mutatur,ſiue ueniat poſt eum dages ſiue non.

4 Porrò modum mutationis & punctuationis eorum, quando habent unam ex literis gutturalibus,aut quando ueniunt in pauſa,& alia contingentia,diſces & intelliges ex nominibus trium literarum,& quæ habent iſtam in punctis formam:hoc eſt,quæ habent holem & ſægol,deſinuntq; in tau fœmininã literã,quale eſt קְטוֹרֶת & ſimilia,inſequũtur normam horum nominum חֹרֶשׁ קֹדֶשׁ uidelicet quod in ſtatu mutationis, holem migrat in hatephcamez:ut קָטְרָתוֹ ideſt,incen-

ſum eius: & ſimilia. ut iam in Fundamento quarto ſcripſimus.

5 Ea uerò quæ conſtant duplici ſægol, ut ſunt עֲטֶרֶת אַדֶּרֶת imitantur formam nominum ſex puncta habentium: de quibus ſcripſimus in Fundamentis tertio & quarto. Scias tamen, quod primum ſægol nũquam uertitur in hirec, ſed duntaxat in punctum pathah: ut

עֲטָרָתוֹ corona eius,
תִּפְאַרְתּוֹ decor eius: & cætera.

iuxta formam רֶגֶל רַגְלוֹ & ſimilium.

FVNDAMENTVM VNDECIMVM, in quo declaratur quo pacto affixa ſubiungantur nominibus fœminini generis deſinẽtibus in he uel tau, & quale inter ſe habeant diſcrimen.

Elias. 1

NOtãdum, quod ea nomina quæ in fine habent he fœmininã literam, mutãt he literam in tau molle, quoties illis aliquod ſubiungitur affixum: ut

à צְדָקָה dicitur
צִדְקָתוֹ iuſticia eius:
& à שִׂמְלָה fit
שִׂמְלָתוֹ ueſtimentum eius:

& ſimilia. Illa uero quæ in fine habent literam he alioquin ſuperadditam, in affixorum ſubiunctione priuantur littera he: ut à מִקְנָה quod ſignificat pecus, dicitur מִקְנֶךָ מִקְנִי & cætera. Excipitur tamen affixũ tertiæ perſonæ ſingularis numeri, ubi he fit mobile: ut

מִקְנֵהוּ pecus, uel poſſeſſio eius:
מַטֵּהוּ baculus eius.

2 Porrò in plurali numero affixa maſculina & fœminina pluralia & itẽ ſingularia fœminina tertiæ perſonæ non abijciunt literam ת he: ut,

מִקְנֵיהֶם מִקְנֵיהֶן מִקְנֵיתָ

Alia uero affixa excludunt literam he: ut, מִקְנֵי מִקְנֶיךָ מִקְנָיו & cætera. Cæterum,ea nomina fœminina quæ in ſtatu abſoluto deſinunt in literam tau, ſub omnibus affixis in ſingulari numero dageſſant illud tau:ut ab

תִּפְאֶרֶת & עֲטֶרֶת dices
עֲטַרְתּוֹ corona eius,
תִּפְאַרְתּוֹ decor eius:

& alia his ſimilia: & per hoc diſcernes illa ab iſtis. Vnde cogimur dicere,iſta nomina, מִלְחַמְתּוֹ prælium eius,
מִשְׁמַרְתּוֹ cuſtodia eius:

& his ſimilia,habere ſingulare abſolutum מִשְׁמֶרֶת & מִלְחֶמֶת
Nam ſi eſſent ab מִשְׁמֶרֶת & מִלְחָמָה in hunc modum ſubiungeretur affixum, מִשְׁמַרְתּוֹ & מִלְחַמְתּוֹ
tau ſcilicet literam raphatam habens.

5 Id quoq; ſciendum, quod fœminina pluralia recipiunt affixa manente

nente duplici ſigno pluralis numeri: hoc eſt,manente iod ſigno maſculini, & tau ſigno fœminini: ut,

צִדְקוֹתָיו iuſticiæ eius,
צִדְקוֹתַיִךְ iuſticiæ tuæ: & cætera.

Sic quæ in ſingulari cum affixis habẽt literam tau dageſſatam: de quibus ſuprà ſcripſimus:in plurali numero quãdo recipiunt affixa,habent literam tau raphatam,hoc eſt mollem: ut,

מִלְחֲמוֹתָיו prælia eius,
מִשְׁמְרוֹתָיו cuſtodiæ eius.

Huius autẽ rei cauſa eſt holem,quum non ſoleat poſt ipſum uenire dages.

4 Nota etiam,quod affixa pluralis maſculini & fœminini, plerunq; in fine ſubiunguntur cum he litera & mem,uel cum he & nun: ut,

מִשְׁפְּחוֹתֵיהֶם familiæ eorum,
מִשְׁפְּחוֹתֵיהֶן familiæ earum.

exceptis paucis locis,in quibus he ex-

cluditur: ut, מִשְׁפְּחוֹתָן & מִשְׁפְּחוֹתָם Est autem aliqua differentia inter ea, & is qui intelligit expositionem rabbi Schlomo Iarhij super hunc uersum, וּתְכַל תְּלוּנָתָם ideſt, Et ceſſabit murmur eorum: Numeri decimoſeptimo. intelliget quale ſit diſcrimen inter מִשְׁפְּחוֹתָם & מִשְׁפְּחֹתָם & מִשְׁפְּחוֹתֵיהֶם

Verum, iam ſtatui componere librum quendam, in quo exponã omnia uerba memorati rabbi Schlomonis, quæ grammaticaliter commemorat in ſua gloſſa ſuper Pentateuchum.

FVNDAMENTVM DVODECIMUM, in quo declarantur nomina quæ habent ultra treis radicales literam aliam ſuperadditam.

Elias. 1

NOtandum, quod ſex ſunt literæ quæ

quæ nominibus abſq; ulla conſignificatione ſuperaddi ſolent, quarum ſignum eſt הָאֲמִתִּי Et aliquando quidem à fronte ſuperaddi ſolent, aliquãdo à calce, nonnunquam à fronte & à calce. Et aduerte, quod non ſuperaddantur niſi illis nominibus, quæ deriuantur à uerbis: quemadmodum id latius explicabo in libello Specierum, ſecunda ſpecie. Declarabo autem ſingulas illas literas, in duobus iſtis ultimis Fundamentis, quomodo ſegregari debeant à radice trium literarum.

2 In primis notandum, quod he litera non inuenitur ſuperaddita initijs nominum perfectorum, niſi in uno duntaxat loco: nempe לְחַשְׁמִעוּת אָזְנִים ideſt, Ad auditum aurium: Ezechielis decimooctauo. Nominibus uero imperfectis ſæpius inuenitur ſuperaddita: ut חַצָּלָה defenſio, à uerbo נצל

נָצַל euaſit: & חַרְוָחָה dilatatio, à uerbo רָוַח dilatauit: quæ quidem ſuis in locis excutiam. Porrò in fine nominum inueniuntur tria genera hehin. Quoddam conſtituit fœmininum genus, aliud eſt radicale, & tertium eſt ſuperadditum: quod Fundamento octauo explicuimus.

3 Litera aleph in multis locis ſolet ſuperaddi nominibus, & tum plerunque punctuatur cum ſægol: ut,

אֶצְבַּע digitus,
אֶשְׁבַּב ſtratum,
אֶשְׁבּוֹל botrus,
אֶגְרוֹף pugnus: & alia his ſimilia.

Interdum quoq; inuenitur habere pathah: ut, אַבְנֵט baltheus,
אַבִּיר præpoſitus,
אַבּוּיִם mendax: & ſimilia.

Quieſcit autem ſcheua ſemper poſt literas חָאֲמַנְתִּי

Seb.

Seb. Munſterus.

Hoc dicitur, quod litera he emphatica litera habeat pathah ſequẽte punctulo dages, & mem præpoſitio habeat punctum hirec ſequente quoquè dages. Quando autem iſtæ duæ literæ ſunt hæemanthicæ, non ſequitur punctulus dages.

Elias. 4

Inueniuntur denique nomina in quibus aleph eſt litera radicalis, quæ ſcilicet numerantur inter nomina quatuor radicalium literarum: de quibus mentionem faciemus in ſequenti Oratione, fundamento decimotertio. Et nota, quod illa nomina hæemanthica ferè nunquam admittunt literam he fœmininam.

5 Sed & hoc ſciendum, quod aleph in fine nominum nunquam inuenitur denominatiue adiecta, ſaltem

in

in lingua Hebræa, secus in Chaldaica lingua quam Thargum uocamus, in ea enim sæpe nominibus à calce superaddi consueuit: ut,

מַלְכָּא rex,
עַבְדָּא seruus: & similia.

Sunt etiam quæ literam aleph habent pro tertia radicali litera, sicut

בִּסְאָ solium,
פְּלָא miraculum.

Verum, illa sunt de quiescentibus in la med aleph, quorum suo loco non obliuiscemur. Rursus sunt alia, in quibus litera aleph loco he usurpari solet: ut, בְּמִטְרָא לַחֵץ ideſt, Quasi signum pro sagitta: Threnorum tertio. Et קְרָאן לִי מָרָא ideſt, Vocate me amaram: Ruth primo. & his similia.

6 Mem quoq; superaddi solet nominibus à fronte, & tunc plerunque punctuatur cum puncto hirec, & scheua

scheua quod uenit post ipsum, quiescit, & ultima uox est camez: ut,

מִקְדָּשׁ sanctuarium,
מִשְׁכָּן tabernaculum.

Et cum punctulo holem: ut,

מִזְמוֹר psalmus,
מִכְלוֹל ornatus, uel summarium.

& his similia. Quando autem post mem sequitur litera gutturalis, tunc pathatur mem in fauorem gutturalis literæ: ut מַאֲכָל cibus,
מַחֲשׂוֹף denudatio: & similia. Idem quoq; fieri solet extra casum literæ gutturalis, & tunc plerunq; talia dagessantur quando habent subiunctum affixum, aut quando pluralis numeri formam habent: ut,

מַטְעַם cibus,
מַרְבַד tapetum,
מַחְמַד desiderium:

de quibus dices מַרְבַדִּים מַטְעַמִּים & מחמ

מַחֲמַדִּים Sed & ea quæ ſub mem li/tera habent punctum hirec, interdum inueniuntur dageſſari: ut à מִשְׂגָּב fit מִשְׂגַּבִּי ideſt confugium meum: & ſi/milia pauca. Omnia autem talia quæ recipiunt dages, habent penultimam uocem pathah: ſed quæ in punctum camez uel holem deſinunt, nunquam admittunt dages.

7 Iam etiam didiciſti, quod ca/mezata in regimine mutant punctum camez in pathah: ut à מִקְדָּשׁ dices מִקְדַּשׁ יְהוָה ideſt, Sanctuarium Do mini: Numeri decimonono. מִשְׁכַּן יְהוָה ideſt, Tabernaculum Domini: ibidem. Item מִכֹּל מַאֲכַל פַּרְעֹה id/eſt, De omni cibo Pharaonis: Gene/ſeos quadrageſimo.

8 Sunt etiam aliqua quæ in fi/ne admittunt he fœmininam literam, & ſimul habent mem punctuatũ cum hirec

hirec uel pathah aut cum ſægol: ueluti

מִלְחָמָה prælium,
מַמְלָכָה regnum,
מֶמְשָׁלָה dominium.

& in ſtatu regiminis habetur מִלְחֶמֶת & מַמְלֶכֶת עוֹג ideſt, Regnum Og: Deuteronomij tertio. Item לְמֶמְשֶׁלֶת הַיּוֹם ideſt, In dominium diei: Gene/ſeos primo. Inuenitur quoq; hæc for/ma extra ſtatum regiminis: ut מִסְגֶּרֶת טוֹפַח ideſt, Clauſura palmæ: Exodi uigeſimoquinto. אֶת־תַּמְגֵּעֲרַת ideſt, Increpationem: Deuteronomij uigeſi/mooctauo. Et cum puncto holem: ut,

מִשְׁקוֹלַת ponderatio,
מַחְגּוֹרָה cinctura.

Et iam quidem Fundamento decimo ſcripſimus nonnihil de horum condi/tionibus. Inueniuntur præterea no/mina, quæ à calce admittunt literam mem: ut פִּתְאוֹם ſubito, שִׁלְשׁוֹם nu

diuſter

diuſtertius: & ſimilia quædam pauca. At mem, quod in fine nominum adiicitur ad conſtituendum pluralem numerum, ut hic דִּבְרִים זְבָרִים non uocatur mem ſuperadditum, ſed potius mem ſeruile, & præcedit ipſum ſemper hirec magnũ: hoc eſt, hirec ſimul cum iod. Et quãdo nomen huiuſmodi plurale uenerit in ſtatum regiminis, cadit mem ipſum remanente ſolo iod: & litera quæ mox præcedit iod, punctuatur cum zere: ut דִּבְרֵי זִכְרֵי id quod fuſius declarabo in tractatu Affixorum.

FVNDAMENTVM DECIMVM tertium, in quo declaratur quo pacto quædam nomina habent ſuperadditas literas nun uel tau uel iod, à capite uel à calce.

Elias. 1

LItera nun, à fronte non ſolet ſuperaddi

nominibus, niſi in paucis quibuſdam Nominibus proprijs: ut ſunt נַפְתָּלִי נִמְרוֹד quæ nos legimus, Nephtalim, Nemrod: & ſimilia.

2 At in fine dictionis frequenter inuenitur ſuperaddi, & tũc pepoal habet plerunque punctum hirec: ut,

זִכְרוֹן memoriale,
שִׁלְטוֹן poteſtas.

Et quædam deſinunt in camez: ut,

פִּשְׁתָּן linum,
חַרְצָן acinus: & his ſimilia.

Inueniuntur quoq; paucula quæ cum hatephcamez aut cum tribus punctulis ſignantur: qualia ſunt,

קָרְבָּן ſacrificium,
שֻׁלְחָן menſa.

& talia habent plurale fœmininum in oth terminatum: ut, קָרְבָּנוֹת שֻׁלְחָנוֹת

Inueniuntur quoquè multa, in quibus nun illud eſt radicale, reſciunturq; talia

lia nomina in classem nominum constantium quatuor radicalibus literis: ut sunt חַשְׁמַן legatus,
דַּרְבַּן stimulus.

De quibus nonnihil dicemus in Oratione sequenti, fundamento ultimo. Inueniuntur præterea multa quæ dagessantur: ut sunt

זִכָּרוֹן memoria, seu historia:
שִׁכָּרוֹן ebrietas.

etiam quando ainpoal signatur cum puncto scheua: ut

סִלְשׁוֹן sarculus,
סִמְשׁוֹן urtica.

& similia pauca in hunc modum dagessata.

3 Litera tau superaddi solet nominibus à capite, & tunc plerunque punctuatur cum pathah, etiam extra casum literæ gutturalis, quiescitq; scheua post ipsum, & uox ultima sæpenumero

mero est uau schurec: exempli causa,

תַּמְרוּר mutatio,
תַּמְרוּק mundus muliebris,
תַּעֲנוּג uoluptas.

Inueniuntur denique pauca quædam cum punctulo hirec uel cum zere: ut,

תַּלְמִיד discipulus,
תַּבְרִיךְ pallium,
תַּרְשִׁישׁ insula,
תַּשְׁבֵּץ inclusio: & similia.

Item litera tau inuenitur quoq; habere punctulum hirec: ut,

תִּרְזָה abies:

& cum he litera fœminini generis: ut,

תִּפְאֶרֶת pulchritudo.

Sunt etiam quædam, quæ inueniũtur habere literam tau tam à fronte quàm à calce: ut תִּלְבּוֹשֶׁת uestitus,
תִּפְאֶרֶת decor: & similia.

Et omnia ista habent accẽtum millel: hoc est, in penultima syllaba.

4 Inueniuntur ſubinde quædam quæ à calce duntaxat habent additum tau,& non à fronte:& litera ſtatim præcedens punctuatur cum ſchurec,& pepoal cum pathah: ut,

מַלְכוּת regnum,
גַּבְהוּת altitudo,
מַרְדוּת rebellio,
שַׁחֲרוּת nigredo.

Rurſus inueniuntur aliqua, quæ ſub pepoal habent punctulum hirec: ut,

רְפָאוּת ſanitas,
שִׁפְלוּת humilitas,
עִקְּשׁוּת peruerſitas.

Item quædam habent ſub pepoal ſequente ſcheua, punctulum hirec: ut,

יְרִידוּת dilectio,
שְׁרִירוּת prauitas.

Et in his omnibus ſic debet formari plurale,ut iod ipſum moueatur: hoc eſt,conſonans fiat,& non uocale maneat

neat:quemadmodum à מַלְכוּת dicitur in plurali numero אַרְבַּע מַלְכִיּוֹת ideſt,Quatuor regna: Danielis nono. Sic dicemus שִׁבְלִיּוֹת ſterilitates,
עִקְּשִׁיּוֹת peruerſitates,
גַּבְהִיּוֹת extollentiæ.

5 Reperiuntur quoq; aliqua, quæ habent literam tau additam in fine,præcedente punctulo hirec:ut ſunt

גָּפְרִית ſulphur,
שְׁאֵרִית reliquiæ,
תַּבְנִית ſimilitudo,
תַּרְמִית deceptio,
רַאשִׁית principium,
חֲמִישִׁית quinta pars: & ſimilia.

Et hæc quoquè habent in plurali iod mobile,iuxta formā חֲמִישִׁיּוֹת quod in Thalmud inuenitur. Sic dicitur, תַּבְנִיּוֹת רַאשִׁיּוֹת & cætera.

6 Iod frequenter inuenitur ſuperadditum nominibus propriis à ca-

pite:ut, יִצְחָק יַעֲקֹב יִצְחָר & similia. Ex appellatiuis inueniũtur etiam quædam: ut sunt,

יַלְסוּת saccus,seu pera:
יַנְשׁוּת ululа.

quod & in holem inuenitur finiri: ut, וְעוֹרֵב וְיַנְשׁוּת ideſt, Coruus & noctua: Isaiæ trigesimoquarto. Sicut & illud Exodi uigesimo octauo capite, סַפִּיר וְיַהֲלֹם ideſt, Sapphirus & iaspis. Item iod quoquè inuenitur superaddi nominibus propriis in fine: ut, בַּעֲרִי בַּחֲרִי & similia pauca. Sed

יְהוּדִי Iudæus,
מִצְרִי Aegyptius,
עִבְרִי Hebræus:atq; similia.

In his,iod non est litera hæmanthicè superaddita, immo potius est gentilis litera:id quod in libello Specierum clarius explicabimus.

Oratio

ORATIO QVARTA

Elias.

QVARTA Oratio multiplices formas nominum imperfectorum & quiescentiũ declarat: diuiditurq; & ipsa in tredecim Fundamenta.

FVNDAMENTVM PRIMVM, in quo explicantur Nomina quæ defectum patiuntur in pepoal nun.

Elias. 1

SCIENDVM hic in primis, quod omnia nomina defectiua in nun habent augmentum à capite, mem: semper punctuatum cum pathah sequente dages,quod repræsentat defectum nun:

ut, מַטַּע יְהוָה ideſt, Plantatio Domini: Iſaiæ ſexageſimoprimo. מַסַּע וְשִׁרְיָה ideſt, Arma & lorica: Iob quadrageſimoprimo. quorū radices ſunt,

נָטַע plantauit,
נָסַע profectus eſt.

Sunt quoq; quæ in fine recipiunt he literam fœminini generis: ut,

מַפֵּלָה cadauer,
מַטָּרָה cuſtodia.

Et cum puncto zere: ut,

מַגֵּפָה plaga, ſeu cædes:
מַסֵּכָה conflatile: & ſimilia.

Et hanc formam quoq; habet מְרֵגְלָה ideſt, ſtatua. quod tamen eſt de quieſcentibus in pe iod. Nam idem eſt de illis & de ijs quæ deficiunt in pe nun, iudicium: quemadmodum id indicaui Oratione ſecunda, fundamento quinto, ſigno ſeptimo.

2 Didiciſti autem iam ſuprà, quod

quod nomina dageſſata non mutantur in punctis: ut eſt explicatum Oratione tertia, fundamento quinto, ſigno primo. In hunc quoq; modum occurrunt nonnunquam nomina, quæ defectum patiuntur in pe nun, & ſimul in lamedpoal he quieſcunt. Exempla: מַכָּה ideſt, cædes: & מַכָּה contentio. quorum radices ſunt, נָכָה & נָצָה Et litera he, quæ additur nominibus in fine, eſt he fœmininum. Sed hic, צָר תַּמָּצַע ideſt, Anguſtum ſtratum: Iſaiæ uigeſimooctauo capite: eſt à radice יָצַע ideſt, ſtrauit. Sunt præterea aliqua, quæ in fine habent literam radicalem: ut מַטֶּה ideſt, baculus: & ſimilia. Ratio uerò per quam he illud dignoſcitur ab he fœminina litera, eſt, quia habet ante ſe punctum fægol: & id declarabitur latius in Fundamento huius Orationis ſexto. Item

exemplum ubi extremitates deficiũt, מַתָּן ideſt,donum:& cum defectu extremitatis utriuſque, מַתַּת ideſt, datum, à radice נָתַן ideſt,dedit.

3 Regula. Quandocunq; inueneris aliquod nomen, quod à fronte habet mem literam pathatam ſequente punctulo dages: non dubites,quin illud ſit ex defectiuis in pe nun. Inueniuntur quoq; duo in hoc ordine, quæ à fronte habent augmentum he ſequente puncto dages:ut רָוַח וְהַצָּלָה ideſt, Dilatatio ſeu reſpiratio & liberatio:Eſther quarto.Sic הַכָּרַת פְּנֵיהֶם ideſt,Cognitio facierum ſuarum:Iſaię capite tertio.quorum radices ſunt נָצַל & נָבַר Rurſus inueniuntur alia duo in hoc ordine,quæ à fronte defectum patiuntur abſq; ullo ſuperaddito augmento: & ſunt hæc, שִׂיא ideſt,elevatio: & שִׂיג ideſt,occupatio,ſeu apprehen

prehenſio:ut, יַעֲלֶה לַשָּׁמַיִם שִׂיאוֹ ideſt, Aſcendet in cœlum altitudo eius: Iob uigeſimo. Sic, וְכִי שִׂיג לוֹ ideſt, Quoniam negocium eſt illi: tertij Regum decimooctauo.quorum radices ſunt נָשָׂא & נָשַׂג Nec opus eſt,pro illis aliquam afferre rationem: quandoquidem pauca numero ſint.

FVNDAMENTVM SECVNdum, in quo explicantur ea nomina quæ quieſcunt in pepoal aleph uel iod.

Elias. 1

HIc ſciendum, quod nullum unquam reperitur nomen,in cuius capite quieſcat litera aleph : ſed omnia talia nomina formantur more nominum perfectorum : ut ab אָמַר fit מַאֲמַר ideſt, dictum : uel אוֹמֶר ideſt,uerbum . & ab אָכַל ideſt, comedit

dit: fit מַאֲכָל uel אוֹכֶל uel אֲכִילָה ideſt, cibus,& cibatio. Simili modo litera aleph in medio nominis nũquam inuenitur quieſcere: ut à

שָׁאַל rogauit, fit
שְׁאֵלָה interrogatio, uel
מִשְׁאַל petitio.

In fine uerò dictionis ſolet quieſcere: quemadmodum infrà oſtendam in Fundamẽto huius Orationis octauo, ſigno ſiue capite ſecundo.

2 Ea uerò quæ quieſcunt in pe iod,plerunq; habent à capite additionem mem uel tau,punctuãturq; cum punctulo holem: ut,

מוֹצָא exitus,
מוֹשָׁב conſeſſus: & ſimilia.

habentq; punctum camez in fine: licet ſint & alia quæ deſinunt in zere:ut,

מוֹעֵד ſolennitas,
מוֹקֵשׁ offendiculum: & ſimilia.

Et nota

Et nota,quod ea quæ in ſingulari numero deſinunt in punctum camez,in plurali quoquè retinent camez illud: nam à prioribus exemplis hæc pluralia formantur,

מוֹשָׁבִים ſeſſiones,ſeu habitationes:
מוֹצָאוֹת egreſſiones.

Sed illa quæ in numero ſingulari deſinunt in punctum zere, mutant illud in plurali numero in pũctum ſcheua: ut à מוֹפֵת dicitur
מוֹפְתִים prodigia:
& à מוֹקֵשׁ fit
מוֹקְשִׁים ſcandala: & ſimilia.

Habent autem omnia iſta accentum milra:hoc eſt,in ultima ſyllaba.Et iam quidem didiciſti conuerſionem punctorum camez & zere in fine dictionum. Item exemplum,ubi in hoc ordine à fronte additur tam in ſingulari numero quàm in plurali, litera tau,

תושב

תּוֹשָׁב habitatio,
תּוֹשָׁבִים habitationes.

Tamen quæ à fronte recipiũt augmentum literæ tau, frequentius in fine desinunt in he fœmininum: ut,

תּוֹלֶדֶת generatio,
תּוֹכֶחַת correptio: & similia.

Idem fit in his quæ quiescunt in extremitatibus: ut,

תּוֹדָה laus, uel gratiarum actio:
תּוֹרָה instrumentum, seu lex:
à uerbis יָדָה & יָרָה

Item sunt, quæ in utraque extremitate admittunt tau literam: ut,

תּוֹעֶלֶת utilitas,
תּוֹחֶלֶת spes: & similia.

Sunt etiam, licet pauca, quæ habent mem literam in capite, & tau in fine: ut

מוֹעֲצָה consultatio,
מוֹרָשָׁה possessio.

Regula. Quodcunq; nomen à fronte

te inuenitur habere augmẽtum mem uel tau, sequẽte punctulo holem, illud est ex quiescentibus in pe iod. Excipiuntur tamen quædam à regula: ut,

וְחֵבֵאתִי מוֹרָךְ ideſt, Et adducam teneritudinem: Leuitici uigesimosexto.
בְּמוֹעַל יְרֵיהֶם ideſt, In studio manuũ suarum: Nehemiæ octauo. quæ sunt ex duplicantibus ainpoal. Inueniuntur etiam pauca, quæ habent literam mem punctuatam cum schurec: ut,

מוֹסָר disciplina,
מוֹצָק infusorium: & similia.

Item inueniuntur alia quæ carent augmento literæ à fronte, sed desinunt tantum in he fœmininum: ut,

שְׁנָה somnus,
עֵצָה consilium,
דֵּעָה scientia: & similia.

Et hæc in regimine mutant punctum zere in scheua, & camez in pathah:

quem

quemadmodum explicatum est in prima Oratione, fundamento secundo.

Sunt præterea alia, sed pauca, quæ in hac forma carent he fœminina litera: & hæc non sunt curanda ob paucitatem eorum: ut est, יָצָא תֹאמַר לוֹ id: est, Egestionem dices ei: Isaiæ trigesimo. Sic, בּוּל הָרִים idest, Fructus montium: Iob quadragesimo capite. quorum radices sunt

יָצָא exiuit, &
יָבַל protulit.

FVNDAMENTVM TERTIVM,
in quo explicantur nomina quiescentia in ainpoal, augmentum literæ habentia.

Elias. 1

NOtandum in primis, quod multa sunt nomina in ordine quiescentium in ainpoal, quæ habent augmentum mem cum puncto camez: ut,

מָקוֹם locus,
מָלוֹן diuersorium: & similia.

Et hæc in statu regiminis & affixionis mutant punctum camez in scheua, more nominum perfectorum: ut,

מְקוֹמוֹ מְלוֹנוֹ & מְקוֹם מָלוֹן

& cætera. Quædam habent terminationem pluralem masculinam: ut,

מְלוֹנִים מְקוֹמוֹת

Quando uero à calce assumunt he fœminiam literam, mem semper habet scheua, sequiturq; ipsum schurec: ut,

מְשׁוּבָה auersatrix,
מְלוּנָה tugurium,
מְבוּנָה intelligentia: & similia.

Sunt quoq; quæ augmentum tau in capite habent: ut,

תְּקוּמָה erectio, uel resurrectio:
תְּלוּנָה murmur: & similia.

Sed absque he fœminina litera nunquam in hac forma inuenitur nomen, quod

quod habeat ſupperadditam literam mem aut tau.

2 Regula. Quodcunq; nomen inueneris à fronte habere augmẽtum mem cum puncto camez, & in dictis quatuor mutationibus mem illud uel tau uertit camez in punctum ſchua: ſignũ eſt, nomen illud eſſe ex quieſcentibus in ainpoal.

Seb. Munſterus.

Quatuor mutationes illæ ſunt, mutatio de ſingulari numero in pluralẽ, uel de ſtatu abſoluto in ſtatum regiminis, aut de maſculino genere in fœminium genus.

Elias. 3

Inueniuntur quoq; pauca, quæ in fine habent augmentum literæ tau: ut בּוּשֶׁת ideſt, confuſio: & iam in præcedentibus didiciſti tau in talibus dageſſari, quoties illis affixum aliquod ſubiungitur

iungitur: ut, לְבֻשְׁתֵּךְ וּלְבוּשֶׁת ideſt, In confuſionem tuam & in confuſionem: primi Regum uigeſimo.

4 Sic quoq; uenit in alia forma: ut, עֵרוּת teſtimonium,
עֵרִיוֹת teſtimonia.

ſicut & ſuprà explicatum eſt Oratione tertia, fundamento ultimo, cãpitulo quarto. Inuenitur etiam unum, quod habet augmẽtum literæ mem in fine: nempe רִיקָם uacuum, uel uacuitas.

FVNDAMENTVM QVARTVM
in quo agitur de nominibus quieſcentibus in ainpoal, quæ nullum habent literæ augmentum.

Elias. 1

SVnt complura nomina in hoc ordine, quæ penitus nullum habent augmentum, & conſtant duntaxat literis duabus, ſemperq; punctuatur pe

poal uno puncto quinqꝫ magnorum uocalium. Exempla:

Quæ habent camez ſuperadditũ: ut,

זָר extraneus,
צַר tribulator,
רַע malignus.

Quæ habent punctum zere: ut,

גֵּר peregrinus,
אֵר exitium.

Quæ habent punctum hirec: ut,

סִיר olla,
קִיר paries,
עִיר ciuitas.

Quæ habent punctum holem: ut,

אוֹר lux,
יוֹם dies,
טוֹב bonus.

Quæ habent punctum ſchurec: ut,

שׁוּק platea,
דּוּר caldarium:

& cætera iſtis ſimilia.

At cum

2 At cum uocalibus minoribus nunquam inueniuntur. Et nota, quod prędicta nomina plerunqꝫ non mutantur: quæ autem mutantur, mutantur in formas commutabiles ſeu æquiualentes: ut à nomine יוֹם forma tur plurale cum puncto camez: ſimiliter cum affixis mutatur punctulus holem in punctum camez: ut,

יָמִים dies,
יָמָיו dies eius: & cætera.

Sic à רֹאשׁ fit

רָאשִׁים capita,
רָאשָׁיו capita eius.

Itemꝫ nomen טוֹב in ſtatu regiminis & affixionis mutat holem in ſchurec: ut, טוֹב טוּבוֹ & cætera.

3 Porrò quæ habent camez & zere, regulariter non mutantur: huius ratio & cauſa patebit infrà Fundamẽto octauo. Sunt quoqꝫ multa quæ

habent hirec & ſchurec, & non mutantur: niſi quod עִיר quando ſignificat pullum, in plurali numero habet iod mobilem literam: ut עֲיָרוֹת & עֲיָרִים Sic שׁוּק ideſt platea, in plurali numero mouet uau ipſum: ut שְׁוָקִים Sic קוּץ quoq; ideſt capillus, habet in plurali numero קְוֻצוֹתָיו ideſt, Cincinni eius: Canticorum ſexto capite. Et à רוּר inuenitur in plurali numero וּבְרָוָרִים ideſt, Et in oliis: ſecundi Paralipomenon trigeſimoquarto.

4 Rurſus ſunt alia, quæ in ſingulari numero habent iod mobile: ut,

בַּיִת domus,
יַיִת oliua,
עַיִן oculus,
לַיִל nox:

& alia his ſimilia, quæ omnia habent accentum millel: hoc eſt, in ſyllaba penultima: alioquin neceſſe eſſet literam iod

iod dageſſare: quemadmodum explicabitur in libello Cantici.

5 Hæc itaq; nomina per omnes quatuor mutationes habent literam iod immobilem: ut in regimine & affixione dices, בַּיִת בֵּיתוֹ ſic זַיִת זֵיתוֹ & in plurali numero זֵיתִים id eſt, oliuæ. Item לַיִל nox, לֵילוֹת לֵילוֹ Et ab hac regula nihil excipitur, præter uocabulum בָּתִּים ideſt domus, in plurali numero: quod eſt ualde irregulare, quum in eo dages ſequatur uocem magnam, accẽtumq; habeat millra, hoc eſt, in ultima.

6 Inueniuntur quoq; in hoc ordine nomina, quæ in numero ſingulari habent uau mobile: ut,

אָוֶן uanitas,
עָוֶל iniquitas,
מָוֶת mors,
תָּוֶךְ medium:

& alia his similia, quæ habent camez & sægol: nec inuenitur hæc forma in perfectis, quemadmodum memorauimus in Oratione tertia, fundamento secundo, capitulo septimo. In statu uerò regiminis & affixionis quiescit plerunq; litera uau: ut, בְּתוֹךְ חָעִיר id est, In medio ciuitatis: Geneseos decimonono. מוֹת יְשָׁרִים idest, Mors rectorum: Numeri uigesimotertio capite. Et cum affixis, לִפְנֵי מוֹתוֹ idest, Ante mortem suam: Deuteronomij trigesimotertio. אֶל־תּוֹכוֹ idest, Ad medium eius: Leuitici undecimo capite. מַחְשְׁבוֹת אוֹנֶךָ idest, Cogitationes uanitatis tuæ: Ieremiæ quarto capite. Item quædam recipiunt augmentum literæ he in fine, retinetq; litera uau mobilitatem suam: ut,

מַוְתָּה mors,
עַוְלָה iniquitas.

Et unum

Et unum inuenitur, quod in statu affixionis habet literam uau mobilem: nempe, וּבְעַוְלוֹ אֲשֶׁר עָשָׂה idest, Et in iniquitate sua quam fecit: Ezechielis decimooctauo. Præterea, uocabulum שָׁוְא idest uanum, frustra, seu uanitas, est de forma ista: nisi quod in punctis habet alleuiationem: nam uertitur punctus sægol in scheua, propter quiescētem literam aleph: quum שָׁוְא dicendum esset.

FVNDAMENTVM QVINTVM, de nominibus quiescentibus in lamedpoal aleph.

Elias. 1

NOtandum, quod multa sunt nomina quæ quiescunt in lamed aleph, & punctuantur duplici sægol: ut,

פֶּלֶא miraculum,
בֶּלֶא carcer,
גֶּבֶא fouea,

טַנְאָ ſporta: & ſimilia.

Et hæc imitantur normam nominum perfectorum: habentq; aliquando in affixorum ſubiunctione punctum hirec: ut, פִּלְאוֹ miraculum eius,

פִּלְאוֹ carcer eius:

& aliquando habent punctū pathah, ut à טַנְאָ fit

טַנְאֲךָ ſporta tua.

2 Sunt etiam aliqua quæ recipiūt punctum camez iuxta formam פָּעַל ut, צָמְאָ ſitis,

צָבָא exercitus:

& quædam iuxta formam בּוֹעַל ut

גּוֹמְאָ iuncus,

סוֹבְאָ comeſſatio:

& unum cum punctulo dages, nempe בְּסֵא ideſt, ſolium: quod in ſtatu regiminis non mutatur, ſed in affixorum ſubiunctione migrat punctus zere in ſcheua, abijciturq; dages: ut, כִּסְאֲךָ

כ ג ו

בְּסָאוֹ Idem fit in numero plurali, habetq; formam fœmininorum: ut Pſalmo centeſimo uigeſimo ſecūdo, שָׁמָּה וַיָּשְׁבוּ בְּסָאוֹת ideſt, Illic ſedebunt ſolia.

3 Hoc quoq; uocabulum חֵטְא ideſt peccatum, eſt de forma iſta, debuitq; ſcribi חֵטְאָ ſed alleuiatur dictio ipſa à punctis, ſicut & שָׁוְא alleuiatur, quod tamen eſt de forma פָּעַל ut diximus in præcedenti Fundamento, ſigno quarto. Punctuatur autem heth in dictione חֵטְא cum zere, iuxta formam illorum nominū quæ quinq; conſtant punctis. Vnde & in affixorū ſubiunctione habet ſægol: ut,

חֶטְאוֹ peccatum eius,

חֶטְאָם peccatum eorum:

de qua forma dictum eſt Fundamento tertio Orationis primæ, ſigno ſexto. In plurali numero חֲטָאִים peccata. Illud uerò וּבְדַרְכָי חַטָּאִים ideſt, Et in

uia

uia peccatorum: Psalmo primo: est de forma dagessatorum, quæ non admittunt aliquam mutationem. Nam de eo dicitur pluraliter in statu regiminis & affixionis, חַטַּאֵי עַמִּי idest, Peccata populi mei: Amos nono. Et חַטַּאתָיו יְשַׁמִּיר idest, Peccata eius delebit: Isaiæ decimotertio capite.

Seb. Munsterus.

Nomina quæ mediam dagessant non mutant priora puncta in plurali numero, aut in constructiuo uel affixorum subiunctione. Posteriora uero puncta admittunt mutationem.

FVNDAMENTVM SEXTVM,
in quo explicantur nomina quiescentia in lamed/ poal he.

Elias. 1

ADuertendum, quod nomina in lamed he quiescentia, pleruncp ueniunt

ueniunt cum augmento literæ mem uel tau à principio: punctuaturcp augmentum ipsum cum hirec sequente puncto scheua: ut,

מִצְוָה præceptum,
מִנְחָה munus,
תִּקְוָה spes,
תִּבְלָה consumptio: & his similia.

Verum, iuxta literas gutturales signantur hæ literæ superadditæ cum puncto pathah: ut,

מַחֲצָה medietas,
מַחֲתָה acerra,
תַּאֲוָה concupiscentia:

& cætera his similia.

Seb. Munsterus.

Mutant literæ gutturales sub literis hæmanthicis punctulum hirec in pathah, per illam regulam, quod literæ gutturales hatehphatæ punctuant se & præcedentem literam.

Elias

Elias. 2

Sunt autem omnia illa he, quæ memoratis exemplis in fine subiũgun tur, fœminina & nõ radicalia: id quod ex accentu dignosci potest, nam om nia sunt milra: & præterea in statu re giminis & affixionis mutantur in tau molle, iuxta morem he fœmininæ lite ræ: ut, מִצְוַת יְהוָה ideſt, Præceptum Domini: Psalmo nono. מִנְחַת יְהוּדָה ideſt, Munus Iudæ: Malachiæ quar to. מִצְוָתוֹ ideſt, Præceptum eius.

תַּאֲוָתוֹ מִנְחָתוֹ

Et pauca inueniuntur, quæ desinunt in he hæmanthicum: ut ab

עָלָה ascendit,

מַעֲלַת ascensus: & similia.

Et hæc sunt millel, sicut etiam in Ora tione tertia scripsimus, fundamento o ctauo, signo tertio.

3 At cum litera he radicali in ueniun

ueniuntur plurima, habentq; semper ante ipsam literam he punctum sæ gol: ut, מִקְנָה possessio,

מַחֲנָה turma: & similia.

Et per hoc distinguuntur ab illis, quæ desinunt in he fœmininam literam at que hæmanthicam: quin & in statu regiminis atq; affixionis non mutan tur, nisi quod sægol migrat in punctũ zere: ut, מַחֲנֵה דָן ideſt, Turma Dan: Numeri decimo. מִקְנֶה רַב ideſt, Pe cus multum: Numeri trigesimo secun do capite.

4 Cum affixis uero mouetur litera he: ut,

מִקְנֵהוּ pecus eius,

מַחֲנֵהוּ turma eius: & cætera.

In omnibus istis censetur, he esse radi calem literam. Verum, quum superad ditur litera tau à fronte, nunquam in uenitur he esse radicale.

Fun

mum, in quo explicantur no-
mina quiescentia in lamed-
poal he, atque habentia
augmentū mem uel
tau à fronte, &
tau à calce.

Elias. 1

SCiendum, quod in hoc ordine in-
ueniuntur etiam nomina, quæ ha-
bent augmentum literæ mem à prin-
cipio & tau à fine: ut,

מַשְׂפִּית imaginatio,

מַרְבִּית augmentatio: & similia.

Et quædam habent literam tau à capi
te & calce: ut,

תַּבְנִית similitudo,

תַּכְלִית consummatio: & similia.

in quibus pūctus postremus est hirec
magnum: idest, hirec cum litera iod.

2 Et nota, quod huiusmodi
nomina

nomina deberent scribi cum tribus io-
din, in hunc modū, תַּבְנִיִּית מַרְבִּיִּית
Quorum unū, uocatur iod protracti-
nis uel sequelæ: quod etiam uenire so-
let in participio præsentis tēporis con-
iugationis hiphil post quodlibet ain-
poal: ut, מַפְקִיד &

מַפְקִידָה faciens uisitare.

Alterum iod, est loco he lamedpoal:
nam radices memoratorum exemplo
rum sunt, בָּרָה & נָבָה

Tertium uero, est iod gentile: sicut iod
in עִבְרִית Hebræa,

מִצְרִית Aegyptiaca: & similibus.

Verum, de hoc amplius loquemur in
libro Compositionis.

3 Inueniuntur quoq; alia no
mina in hac forma, quorū ultima uox
recipit literam uau schurecatam, præ-
sertim quando à capite augmentum li
teræ tau fuerit: ut,

תּוֹרוֹת

תַּרְבּוּת incrementum,

תַּבְנוּת ſimilitudo: & ſimilia.

Non autem hæc forma inuenitur niſi in ſermonibus Miſchna (hoc eſt, in Expoſitione Legis) cum litera mem: ut מַלְקוּת ideſt uerberatio, à uerbo לָקָה ideſt, percuſſit. Memineris etiam quòd litera mem & litera tau à capite iſtorum nominũ ſemper habent punctum pathah, etiam extra cauſam literæ gutturalis. Inuenitur denicq; ſolum unum, cum augmẽto literæ aleph in capite: nempe וְאַחֲוָתִי בְּאָזְנֵיכֶם id eſt, Oſtenſio mea in auribus ueſtris: Iob decimotertio: cuius radix eſt חָוָה ideſt, indicauit.

Seb. Munſterus.

In memoratis exemplis iod & uau ponuntur loco he tertiæ radicalis per regulam iehu, qua ſcilicet literæ יהוא facilè inter ſe commutantur.

Elias

Elias. 4

4 Regula. Quodcunq; nomen à capite habuerit mem literã uel tau, ſignatum cum hirec uel pathah, & mox ſequẽs litera habuerit punctum ſcheua, illud non eſt de perfectis: præſertim quum in eo non ſint tres literæ mobiles, ſed eſt de quieſcentibus in lamed he. Inueniuntur tamen duo, quæ à capite habent augmẽtum literæ tau ſcheuatæ: nempe,

תְּעָלָה aquæductus, &

תְּלָאָה fatigatio.

FVNDAMENTVM OCTAVVM

in quo explicãtur nomina quieſcentia in lamedpoal he, quæ ſcilicet à fronte nullum habent augmentum, ſed in fine duntaxat ſubiungitur illis he fœmininum.

Elias. 1

RVrſus ſciendum, quod in hoc or-

dine inueniuntur etiam nomina desi-
nentia in literam he fœmininam: quo-
rum quædam sub pepoal habēt pun-
ctum camez: ut sunt

שִׂפָה labium,
מָנָה pars: & similia.

Quædam uero habent punctum ze-
re: ut מֵאָה centum,
פֵּאָה angulus: & similia.

Et hæc quidem omnia mutant iuxta morem consuetum, capitale punctum in scheua.

2 At nomina quiescentia in ain seu media radicali, quæ habent utrāq; hanc formam, regulariter non mutantur: ut à

עָם surgens, masculini generis:
& צָר tribulator, etiam masculini generis: dices in fœminino genere,

קָמָה surgens,
צָרָה tribulatrix:

Et in

Et in statu regiminis, in singulari nu-
mero, dices קְמַת צָרַת
& in plurali masculino, קְמֵי צָרֵי
ubi camez initiale non mutatur.

Idem sentiendum est de ijs, quæ ha-
bent punctum zere à principio. Nam
ab his quæ quiescunt in media radica-
li litera, puta à uerbis צר & שׂב fiunt
nomina צֵרָה ideſt uiaticum, שֵׂיבָה
senium: & in statu regiminis, צֵרַת &
שֵׂיבַת עַבְדְּךָ ideſt, Senectus serui tui:
Geneseos quadragesimoquarto. ubi
uides zere non mutari. Ratio huius
hæc signatur: quæ quiescunt in media
radicali, semper opus habent à fronte
uoce magna, quæ aliqualiter repræsen
tet uau mediam radicalem literam, &
in qua uau ipsum quiescat: ideo pro-
pter nullam status mutationem uoces
illæ magnæ poterunt uariari. At in
his exemplis,

שִׂפָה labium,
מְנָה pars,
פִּאָה angulus,
מְאָה centum:

quæ ſub prima radicali litera non habent uocem magnam, quæ repræſentet & includat quietem ſequentis literæ, camez & zere libere mutari poſſunt, dicesq; שִׂפַת פִּאַת & cætera his ſimilia.

Seb. Munſterus.

Licet in מאה & צרה item in קמוץ & שפה eadem ſit punctorum forma, quia tamen non ſunt de eodem ordine, iſta mutãt uocem priorem magnam, illa autem non mutant. Quando enim in uoce magna aliqua quieſcit litera, illa iam æquiparatur punctulo dages, quod ob quamcunque mutationem non ſinit mutari puncta priora.

Elias

Elias. 3

Et uide, ne huius regulæ unquam obliuiſcaris, quum ſit notatu digniſſima. Faciemus tamen adhuc illius mentionem in ordine duplicatorũ in Fundamento undecimo, capitulo quarto. Quæ uero habent tertio loco literam he eſſentialem, hæc explicabo in Fundamento ſequenti.

FVNDAMENTVM NONVM, in quo declarantur nomina in lamedpoal he quieſcentia, quæ ſcilicet retinent in fine radicalem literam he.

Elias. 1

ADuertendum, quod pauca inueniuntur nomina in hoc ordine, quæ he radicalem literam non amittunt: qualia ſunt, גֵּאֶה רֵם ideſt, Superbus & ſublimis: Iſaiæ undecimo.

& וַיֵּצֵא מִפַּרְעֹה ideſt, Et exiuit de pharetra: Iob uigeſimo. & ſimilia. Sunt rurſus alia quæ ueniunt cum puncto ſægol: ut, גֵּאֶה מְאֹד ideſt, Superbus ualde: Iſaiæ decimoſexto. & רֵעַ דָּוִד ideſt, Amicus Dauid: ſecundi Regum decimoquinto. In plurali numero dicitur, גֵּאִים ſuperbi,

רֵעִים ſocij, uel amici.

Porrò, à גֵּאֶה quod deſinit in punctum camez, fit וְחֹבְזוֹ לְגֵאוֹנִים id eſt, Et contemptus, ſeu deſpectio ſuperbis: Pſalmo centeſimo uigeſimotertio. & eſt iod illud mobile. Sic in גֵּוָה uertitur he litera in iod mobile, quando uenerit in ſtatu regiminis: ut, גְּוִיַּת הָאֲרָיֵה ideſt, Cadauer leonis: Iudicum decimoquarto. Et in plurali numero, מָלֵא גְּוִיּוֹת ideſt, Impleuit ruinas, ſeu cadauera: Pſalmo centeſimo decimo.

Scias

2 Scias quoq; , quod multa inueniuntur Nomina in hoc ordine, quæ mutant he literam finalem in iod quieſcens, præcedit́q; ipſum punctus hirec. Et hæc quidem ſunt in quadruplici differentia. Primò ſunt quædam, quorum prima uox eſt camez: ut,

צָלִי decoctio,

סָלִי polenta.

Secundo, ſunt alia quorum uox prima eſt ſcheua: ut,

שִׁבִי captiuitas,

פִּרִי fructus,

בְּלִי uas, uel inſtrumentum.

Tertio, ſunt aliqua quorum uox prima eſt holem: ut,

חוֹלִי infirmitas,

עוֹנִי afflictio.

Quarto, aliqua quoquè inueniuntur quorum uox prima eſt ſægol: ut,

מְשִׁי polymita, uel ueſtis ſerica: &

קְרִי molestia, uel occursus.

3 Itaq; in statu regiminis migrant camezata in punctum scheua, ut צַלְמִי צִלְמִי & scheuata in punctum sægol, sed in loco pausæ: ut בְּרִי בֶּלִי שִׁבְיִ Et quando istis subiungitur affixum, redditur iod mobile: ut,

שִׁבְיְךָ captiuitas tua,
פִּרְיְךָ fructus tuus,
בִּלְיְךָ uas tuum.

Et fieri potest, quod in מָשְׁיִ & קְרִי iod quoq; mobile sit: quemadmodum à פַּתִי puer, dicimus etiam
פְּתָיִים pueri.

Quæ autem habent punctulum holem, mutant illud in hatephcamez, quum ueniunt in statum regiminis, etiam si uocale postremum non sit sægol: uti scripsimus in Oratione tertia, fundamento quarto, signo secundo. Sunt quoq;, quæ extra statum regiminis

habent punctum hatephcamez: ut, כָּל חֳלִי idest, Omnem infirmitatem: Deuteronomij uigesimooctauo. מָה חֲרִי idest, Qualis furor: Deuteronomij uigesimonono.

4 Proinde, illæ formæ quas commemorauimus, interdum occurrunt cum augmento literæ tau in fine: ut עֲמִית proximus.
Et horum quædam habent punctulum holem in fine: ut

אֲחוֹת soror,
חֲמוֹת nurus.

quæ in regimine atq; affixorum subiunctione mutant punctum camez in punctum scheua: ut

עֲמִיתְךָ proximus tuus,
אֲחוֹתְךָ soror tua,
חֲמוֹתְךָ nurus tua:

& cætera his similia. Item, horum quædam sunt cum puncto scheua: ut

חֲנִית

חֲנִית lancea,
שְׁבִית captiuitas:

Et aliquando cum ſchurec in fine: ut

גָּלוּת captiuitas, ſeu exilium:
חָזוּת uiſio.

Et pepoal cum puncto ſcheua: ut

שְׁבוּת captiuitas,
פְּרוּת redemptio.

Quomodo autem hæc mutentur in pluralem numerum, iam ſcripſimus in tertia Oratione, fundamento ultimo, ſigno ſiue capitulo ſexto.

Seb. Munſterus.

Hæc in plurali numero ante terminationem oth, habent iod mobile: ut שְׁבִיוֹת ideſt, captiuitates.

Elias. 5

Item, quædam inueniuntur habere augmentum literæ nun in fine: ut

רָצוֹן uoluntas,
קָלוֹן ignominia: & ſimilia.

in quibus

in quibus litera uau quieſcit loco he lamedpoal: ut,

בִּנְיָן ædificatio,
עִנְיָן negocium,
קִנְיָן poſſeſſio.

Seb. Munſterus.

Hæc poſteriora ſimpliciter addunt in plurali numero terminationem ים ſine ulla punctorum mutatione.

FVNDAMENTVM DECIMVM, in quo explicantur nomina quieſcentia in lamedpoal he, quæ duas duntaxat habent literas.

Elias. 1

SCiendum, quod ſunt in hoc ordine nomina, quæ nullam penitus habent ſuperadditam literam, quin & he tertiam radicalem literam reiiciunt, remanentibus duabus duntaxat literis. Inter hæc autem nomina quædam

ſemper

ſemper camezantur, & quædam ſemper pathātur: alia interdum camezantur, & interdum pathantur. & illa enumerantur ab autore Traditionis hunc in modum:

אָב pater,
אָח frater,
יָד manus,
דָּג piſcis,
סָו לָסָו regula ad regulam:
צַו לָצַו præceptum ad præceptum: Iſaiæ uigeſimooctauo capite.

2 Omnia, inquam, iſta conformitatem habent cum his quæ quieſcunt in media radicali, & item cum duplicatis: de quibus in ſequenti Fundamento dabo tibi ſigna & quaſdam regulas, per quas illa ab iſtis facile diſcernas.

5 Sunt præterea aliqua, quæ punctuantur cum hirec, ſequente iod quieſcente

quieſcente: & ea nomina deriuantur à radicibus, quarum ainpoal eſt una ex literis ויה ut à radice

רָוָה irrigauit, dicitur
רִי irrigatio:

unde אַת בְּרִי ideſt, Etiam cum irrigatione: Iob trigeſimoſeptimo capite. Sic à

נָהָה planxit,
נִי planctus.

Hinc בְּנֵיהֶם סִינָה ideſt, In planctu eorum lamentare: Ezechielis uigeſimoſeptimo capite. Et à

צָיָה aruit,
צִי nauis:

ut וְצִי אַדִּיר ideſt, Et trieris magna: Iſaiæ trigeſimotertio capite. Et item à

בָּוָה combuſſit, dicitur
בִּי תַחַת יוֹפִי ideſt, Combuſtio pro pulchritudine: Iſaiæ tertio capite.

In quibus omnibus, litera iod ſcribitur loco he radicalis literæ, ainpoal uero

to occultatur: quemadmodum exempla docent.

4 Sed פִּי ideſt os, non eſt de iſto ordine: nam radix eius eſt פֶּה nomen duarum tantum literarum, iuxta formam שֶׁה quod ouem ſignificat. Et ſcribitur eodem tenore in regimine & in affixione iod literæ: hoc eſt, quantum attinet ad formam Nominis ſcriptam: non eſt differentia inter פִּי יְהוָה ideſt, Os Domini: Iſaiæ capite primo. & inter פִּי מְמַלֵּל אֲלֵיכֶם ideſt, Os meum loquitur ad uos: Geneſeos quadrageſimo quinto capite. Quod tamen ſic Grammaticè ſcribi debuerat, פִּיִ ideſt, os meum: ſed ad euitandam duplicis iod difficiliorem prolationem, reiicitur unum iod.

Et tu quidem, id abſque difficultate ubique locorum diſcernere poteris, quando iſta dictio פִּי capienda erit con

conſtructiue, aut quando habebit literam iod affixam.

5 Regula ſuper omnibus his quæ diximus in iſto & præcedēti Fundamento: Omne nomen quod conſtat duabus literis mobilibus habens in fine ſuperadditā literam tau, quam præcedit hirec uel ſchurec, aut habuerit iod quieſcens in fine, ſiue conſtet duabus literis mobilibus ſiue una, aut habuerit literam iod mobilem, poſt duas literas radicales: tale nomen eſt ex quieſcentibus in lamed he. Expende quod dixi, & inuenies ita eſſe. Et quod diximus, poſt duas radicales literas, id notanter dictum putes, ad excipiendum perfecta & quieſcentia in ain. Nam quando litera iod nominibus perfectis adiuncta fuerit, habet locum poſt tres radicales literas: ut חֲמִשִּׁיוֹת ideſt, quintæ: & ſimilia.

In quie

In quieſcentibus uero in ainpoal, litera iod uenit ſtatim poſt primam literam: ut in dictionibus

בַּיִת domus,
זַיִת oliua: & cætera.

Noluimus autem in iſta regula comprehendere quodcunq; nomen, in cuius fine inuenitur litera nun præcedente punctulo holem, qualia ſunt

רָצוֹן uoluntas, &
קָלוֹן ignominia:

ne imponerent tibi nomina, in quibus nun illud ultimum eſt radicale, quemadmodum eſt in dictionibus

אָדוֹן dominus,
אָרוֹן arca:
ſic מָדוֹן contentio,

cum quieſcentibus in ain, cuius radix eſt hæc,

רוּן contendit.

FVNDAMENTVM VNDECIMUM, in quo explicantur nomina quæ ſunt de ordine duplicatorum, quæ ſcilicet unius literæ defectum patiuntur.

Elias. 1

NOtandum, quod multa ſunt nomina de ordine duplicatorum, quæ ueniunt cum defectu unius literæ iuxta morem uerborum duplicatorũ: relinquunturq; ſolummodo duæ literæ in illis: ut ſunt,

חַם calidus,
דַּל pauper,
טַל ros,
סַל ſporta,
טַף puerorum cœtus:

& ſimilia multa. Horum multa pathantur, & quædam camezantur, annotanturq; per autorem Hammaſo-

reth. Sunt etiam multa inter ea, quæ habent punctulum holem: ut

עוז fortitudo,
חום calor,
עול infans,
קור frigus: & similia.

Item quædam habent punctum zere: ut חֵן gratia,
שֵׁן dens,
צֵל umbra: & similia.

Quæ itaq; habent punctum camez uel zere, assimilantur quiescentibus in ain atq; quiescētibus in lamed: de quibus scripsi in suis formis & locis.

2 Dabimus tamen tibi signum per quod possis discernere quæ sint ex quiescentibus in ain uel in lamed, aut quæ sint ex duplicatis. Quæ sunt ex duplicatis, consueuerunt habere punctulum dages, nisi duabus tantum literis constent, tunc enim impossibile est

est unam ex illis dagessari saltem dages forti: quum nunquam punctus dages sit forte à capite dictionis: id quod latius declarabitur in nostro Cantici libello.

Seb. Munsterus.

Punctulus dages habet locum tantum in sex literis בגד כפת & est dages leue, quod scilicet non duplicat literam, atq; ideo non significat alicuius literæ defectum.

Elias. 3

A fine quoq; dictionis nunquam uenit punctulus dages in aliqua litera quæ puncto caret. Vnde quando tibi occurrerit nomen aliquod, duabus literis constans, & nescis cui ordini illud adscribere debeas, ages in hunc modum. In primis, uide num sustinere possit dages, si subieceris illi affixum aliquod aut he fœmininam literam,

aut mutaueris ipſum in pluralem numerum: tunc enim eſt ex duplicatis.

4 Pro exemplo ſit tibi זַךְ id eſt, purus. Si uolueris ſcire cuius ordinis ſit, adiice illi à fine terminationem pluralem, aut affixum aliquod, aut he fœmininum: & inuenies

זַכִּים mundi,
זַכָּה munda.

Sic ab חַג ſolennitas,
חַגִּים ſolennitates,
חַגּוֹ ſolennitas eius:

quæ omnia habent pũctulum dages, & ideo ſunt ex duplicatis. Nam punctulus dages ponitur loco literæ duplicatæ. Sed à

דָּג piſcis,
dices דָּגִים piſces,
& דָּגָה piſcis.

ubi litera gimel eſt mollis, & non habet punctulum dages: & idcirco erit nomen

nomen ipſum ex quieſcentibus.

5 Iam autem præſcripſimus tibi ſignum in Oratione iſta, fundamento octauo, quo pacto diſcernere debeas quieſcentia in ain à quieſcentibus in lamed, diximusq; quieſcentia in ain nunquam mutari: & ideo poſtquàm dixeris à דָּגִים in regimine דְּגֵי חַיָּם ideſt, piſces maris: mutato camez in punctum ſcheua, conſtabit uocabulum ipſum, locum habere inter quieſcentia in lamed, eritq; radix eius דָּגָה ideſt, piſcis. Sed à

גֵּר peregrinus, dices
גֵּרִים peregrini,
גֵּרוֹ peregrinus eius:

ubi punctus zere non mutatur, unde patet nomen illud eſſe ex quieſcentibus in ain: eritq; radix eius גּוּר

Habeo adhuc & alia ſigna, per quæ hos ordines à ſe inuicem diſcernas, ſed

non eſt locus contrahendæ moræ.

Regula. Omne nomen duabus radicalibus literis conſtans, quarum altera in plurali numero, aut in ſubiunctione affixi uel etiam he fœmininæ literæ, habet punctulum dages: illud erit ex duplicatis, habetq; ſemper à fronte unam ex minoribus uocibus, etiam illa nomina quæ iuxta Traditionem Maſoreth habent punctum camez: ut, יָם הַמֶּלַח ideſt, Mare ſalis: Geneſeos decimoquarto capite. תֹּם וְיָשָׁר ideſt, Integer & rectus: Iob primo capite: & his ſimilia.

Quæ quum in pluralem numerum mutantur, aut habent ſubiunctum affixum uel he fœmininam literam, pathantur: ut,

יַמִּים maria,
תַּמִּים perfecti,
תַּמָּה perfecta.

Quæ

Quæ uero habent punctum zere, mutantur in punctulum hirec: ut

שֵׁן dens,
שִׁנּוֹ dens eius:
חֵן gratia,
חִנּוֹ gratia eius.

Et quæ habent pũctulum holem, mutant illud in tria puncta: ut ab

חֹק ſtatutum,
dices חֻקּוֹ ſtatutum eius,
חֻקִּי
חֻקָּם

Et iuxta opinionem Rabbi Salamonis Iarhij, pepoal heth ſignatur cum puncto hatephcamez, quoties ainpoal uenerit punctuatum cum ſcheua: ut חֲקָבָם & חֲקָךָ & cætera.

Hanc opinionem poſuit in eo loco, ubi exponit hunc uerſum, עָזִּי וְזִמְרָת יָהּ ideſt, Fortitudo mea & laus Dominus: Exodi decimoquinto capite.

Rabbi uero Aben Ezra oculatior illo exiſtens, reſpondet ſe inuenire, יְהוָה בְּעֻזְּךָ יִשְׂמַח מֶלֶךְ ideſt, Domine, in fortitudine tua lætabitur rex: Pſalmo uigeſimoprimo, cum tribus punctis. Et נַחֲלֹתָ בְּעֻזֶּךָ ideſt, Duxiſti in fortitudine tua: Exodi decimoquinto capite: cum puncto hatephcamez. Verum, iam pollicitus ſum quum uacauerit, me æditurum libellum in quo Grammaticam Rabbi Salomonis declarabo: ibi utriuſque Rabbi opinionem concordabo.

FVNDAMENTVM DVODECIMUM, in quo explicantur nomina quæ ex duplicatis habent ſuperadditam mem literam à fronte.

Elias. 1

SEd & hoc ſciendum, quod in hoc ordine inueniuntur nomina, quæ habent

habent à fronte augmentum mem literæ, punctuatam ut plurimum cum puncto camez, iuxta formam nominum quieſcentium in ain. Eſt tamen differentia aliqua inter ea, quia illa habent punctulum holem: ut

מָקוֹם locus,
מָעוֹן habitaculum.

iſta autem habẽt punctum camez uel zere in fine: ut

מָסָךְ operimentum,
מָגֵן ſcutum:

ſed non ſunt multa.

2 Eſt & aliud diſcrimen inter ea: quia ea quæ quieſcunt in ain, mutant punctum camez in ſcheua, quemadmodum iam dictum eſt: illa uero quæ ſunt de hoc ordine, minimè mutantur: ut à

גָּנַן protexit, dicitur
מָגֵן ſcutum,

מָגִנִּים scuta,
מָגִנִּי scutum meum.

Huius autem ratio est, quia punctus camez est loco punctuli dages, & idcir co mutari non potest: & iam quidem diximus semel & iterum, quod dagessata non mutãtur, nec per consequens ea, in quibus uox magna est loco punctuli dages.

Seb. Munsterus.

Hæc regula diligentissime est obseruãda, nedum in hoc ordine, uerum & in perfectorum ordine, ubi propter mediam gutturalem literam, dages locum non habet: ut à

פָּרָשׁ eques, fit in plurali numero
פָּרָשִׁים equites: ubi litera res fuerat dagessanda.

Elias. 5

Inueniuntur quoq; aliqua, licet pauca, quæ habent mem cum holem, iuxta

ta formam quiescentium in pe iod: & in istis rursum est differentia aliqua: nam quiescentia in pe iod, desinunt in punctum camez uel in zere: ut,

מוֹשָׁב cathedra,
מוֹקֵשׁ offendiculum.

duplicata uero terminantur in punctũ pathah uel in sægol: ut à מָרַר ideſt, subiecit: מַעֲשֵׂה מוֹרֵר ideſt, Opus subiectionis: tertij Regum septimo capite. Et à רָבַךְ ideſt, tener fuit: habes, וְחִבֵּאתִי מוֹרָךְ ideſt, Et adducam molliciem: Leuitici uigesimosexto. sed horum pauca sunt.

4 Verum, multa sunt quæ in fine recipiunt he fœmininam literam, facileq; cognosci poterũt, quia dagessant ainpoal: ut,

מְגִלָּה uolumen,
מְחִתָּה pauor:

& quæ à fronte habent literam tau: ut

תְּפִלָּה oratio,
תְּחִנָּה deprecatio.

Inuenitur quoq; unum cum additione literæ mem in fine, uidelicet

חִנָּם gratis: à radice
חָנַן gratificauit.

FVNDAMENTVM DECIMVM tertium, in quo explicantur nomina quatuor aut quinque radicalium literarum.

Elias. 1

ETiam notãdum, quod quædam inter duplicata inueniuntur, quæ quatuor habent literas: hoc est, inter duas literas finales quæ similes sunt, repetunt pepoal: ut à

בָּרַר clarus fuit, fit
בַּרְבּוּרִים aues mundæ & saginatæ.
Sic à בָּקַק euacuauit,
fit בַּקְבּוּק laguncula:

& à צָלַל tinniuit,
fit צִלְצַל cymbalum:
& à קָרַר inclinauit,
fit קָרְקֹר uertex: & similia.

2 Inueniuntur & alia Nomina quatuor literarum, in quibus quædam literæ etiam duplicantur, sed alio ordine: nam lamedpoal duplicatur in illis, ut uides in dictionibus

רַעֲנַן floridus,
שַׁאֲנַן opulentus,
חַבְלִיל illustris: & similia.

Et quædam desinunt in he literam fœmininam: ut est

שַׁעֲרוּרָה horror:

etiam cum litera iod superaddita,

שַׁעֲרוּרִיָּה turpitudo.

3 Inueniuntur præterea in duplicatis, quæ quinque radicalibus constant literis, duplicantia scilicet ainpoal & lamedpoal: ut à

יָרַק fit
יְרַקְרַק flauus:
& ab אָרֹם fit
אֲרַמְדַם rubeus.
sic ab אָסַת collegit,
אֲסַפְסוּת collectum uulgus:
& cætera similia istis.

4 Inueniuntur quoq; quædam nomina quinq; literarum, in quibus nulla litera alteri similis est: ut

שַׁעַטְנֵז uestis lana & linea,
פִּלֶגֶשׁ concubina,
צְפַרְרֵעַ rana: & similia.

Sunt tamen qui dicunt, illa nomina composita: ut שַׁעַטְנֵז sit à שוע טו ונוז, idest, pectendo, filando & torquendo: & פִּלֶגֶשׁ à פלג אשה idest, Separauit uxorem: sic צְפַרְרֵעַ idest, rana: quasi quæ cognoscat lucem matutinam. Sed probabilius uidetur, dicendũ, quod hæc nomina sint ex lin

gua

gua Aegyptiaca aut Persica in Hebraismum inuecta. Et hic tibi talem constituo regulam. Nulla dictio quæ quatuor aut quinq; constat literis, est de lingua sancta: quales etiam sunt

פַּתְשֶׁגֶן exemplar,
אֲדַרְכוֹנִים solidi, uel drachmæ,
אֲחַשְׁתְּרָנִים ueredarij,
אֲחַשְׁדַרְפְּנִים satrapæ: & similia.

De quibus etiam loquemur in Præfatione libri Compositionis.

5 Nomina uero quatuor aut quinque literarum quæ habent à capite literam aleph uel nun à fine, de his est controuersia, num literæ aleph & nun sint radicales uel superadditæ: ueluti sunt

אַבְנֵט baltheus,
חַשְׁמַן legatus:
אַרְגָּמָן purpura,

& multa huiusmodi. Sunt qui putant literas illas superadditas: ut litera

aleph

aleph in dictione אֶזְרָח idest, indigena: & litera nun in dictione זְבָרוֹן idest, memoria, seu historia.

6 Quæ uero habent quatuor distinctas literas, quarum neutra alteri similis est: hæc in magno sunt numero: qualia ista sunt,

בַּפְתֹּר sphærula,
סְפָרַד Hispania,
פִּלֶגֶשׁ concubina,
גַּרְזֶן securis,
גִּזְבָּר thesaurarius,
סִרְפַּד spina,
טִפְסָר præfectus:

& cætera istis similia.

Et iam didicisti, quomodo ea quæ desinunt in camez & zere, mutantur: potissimum uidisti id in perfectis. Didicisti etiam ex his quæ tribus constant literis, quod unus & idem plerunq; illis sit mos & forma.

Inue

7 Inueniuntur quoquè inter quadrata nomina, quædam quæ dagessantur in plurali numero: & sunt ea quæ postremum punctum habēt pathah: ut ab

חַשְׁמַל electrum,

dicitur in plurali numero

חַשְׁמַלִּים electra.

Sic quoq; habetur Ezechielis decimo, בְּעֵין הַחַשְׁמַלָּה idest, Secundum aspectum electri: lamed litera dagessata. Sic etiam primi Paralipomenon uigesimoquinto, וְגַנְזַבָּיו idest, Et cellaria eius. à גַּנְזַךְ cella,

quod in plurali numero habet

גַּנְזַבִּים cellaria.

Et item Psalmo centesimo decimonono, בְּרוֹב סַרְעַפַּי idest, In multitudine cogitationum mearum. à סַרְעַת idest, cogitatio. Et hæc omnia, in punctum pathah desinunt. Sic quoq; ab

hoc, in plurali numero inuenies יָבֹאוּ חַשְׁמַנִּים ideſt, Venient magnifici: Pſalmo ſexageſimooctauo, & in ſingulari numero dicitur חַשְׁמַן ideſt, magnificus.

GRAMMATICÆ
ELIANÆ
FINIS

INDEX ALPHABETICVS IN ELIÆ LEVITÆ HEBRÆAM GRAMMATICAM

AD LECTOREM

PARAVIMVS tibi ordíne alphabetico Indicem in Grammaticam noſtri Eliæ geminum: Primus habet decerpta ex Verbis, quæ continentur in prima & ſecunda Oratione. Secundus, collecta ex Nominibus: quæ cæteras Orationes capiunt. In primo, ordines uerborum etiam ſeruantur. In utroque, hoc ſemper notabis: primum numerum, orationem indicare: alterũ, fundamentum: tertium, ſignum ſiue caput aut capitulum, nam indifferenter ſolet ita citari. Propterea hi Indices, qualicunq; forma imprimatur Grammatica, nunquam erunt mutandi: quia ſolam operis diuiſionem ſequuti ſumus, quæ eſt Orationũ quatuor, diducta Oratione in Fundamenta tredecim: Fundamenta ſola, indefinitè ſignis ſecantur.

EX VERBIS

De litera A.

ACCENTVS mutat modum. Oratione 2. fundamento 1. capite 2. & 2.1.3. & 2.7.2

Actiuæ coniugationes, habent ſex modos 1.2.2

Adiectiua, interdum loco participiorum 1.5.4

Adiectiui ratio 1.5.2

Aethen, literæ futuri, imitantur in punctis mem participij præſentis 2.2.4

Aleph in fine quieſcit 1.3.4

Ordo primus,

Aethen in piel, pual, hophal 2.2.4 & 2.2.8 & 2.3.8

Ain hiphil, quomodo punctuandum. 2.3.1 & 2.3.2 & 2.3.5

Ain piel quomodo punctuandum 2.2.1 & 2.2.2 & 2.2.3

Ordo ſecundus,

Aethen kal & piel, quomodo pũctuandum

dum 2.5.2 & 2.6.7 & 2.6.8
Ain, si fuerit gutturalis 2.5.2
& 2.5.4 & 2.6.3 & 2.1.9
Ordo tertius,
Aleph pe, quando habeat hatephsæ-
gol 2.6.3
Aethen kal & hiphil 2.6.8
& 2.6.13 & 2.6.1
Ordo quartus,
Aethen 2.1.9
Aethen kal & hiphil 2.7.5
& 2.8.7 & 2.8.8
Ordo quintus,
Aethen kal sine he 2.10.6
Aleph, tertia radicalis litera, quando
quiescat 2.9.2 & 2.9.4
Ordo sextus,
Aethen kal & hiphil, forma 2.11.3
& 2.12.6 & 2.12.7
Aethen passiui, ante gutturalem 2.11.5

De litera B.

BAchlam, literæ infinitiui 1.5.6
& 1.6.2
Benoni in neutris, loco utriusq; partici-
pij 1.5.4

Benoni, post articulum את 1.5.8
Benoni, quando participium aut adie-
ctiuum 1.5.8 & 1.5.9
Benoni, quid 1.5.2
Benoni, quomodo differat ab adiecti-
uo 1.5.2 & 1.5.3
Beth & caph, quando habeant ratio-
nem temporis 1.6.4

De litera C.

CAmez, magis aleph quàm uau re-
præsentat 2.7.1
Coniugatio niphal, habet quatuor spe-
cies 2.1.12
Coniugatio hiphil, habet quatuor spe-
cies 1.11.1
Coniugatio hophal, habet duas spe-
cies 1.12.1
Coniugatio piel, habet quatuor spe-
cies 1.9.1
Coniugatio prima kal, quid 1.7.1
Coniugatio pual, quid significet 1.10.1
Coniugationis hiphil, forma 2.3.1
Coniugationis hithpael, duplex signi-
ficatio 1.13.1 & 2.4.1
Coniugationis piel, forma 2.2.1

Coniugationes actiuæ & passiuæ, septem 1.1.3 & 1.1.4
Coniugationes kal & niphal, quomodo punctuandæ 2.1.1

Ordo secundus,

Coniugatio kal, quomodo formanda. 2.5.1 & 2.5.2
Coniugationes piel & pual, integræ. 2.5.3 & 2.5.4

Ordo tertius,

Coniugatio kal, ubi integra 2.6.1 & 2.6.5
Coniugatio passiua, quiescentium in pe iod 2.6.11

Ordo quartus,

Coniugatio passiua, kal 2.7.7
Coniugatio piel, quam quadratam uocant 2.8.2

Ordo quintus,

Coniugatio kal, quiescentium in aleph 2.9.1 & 2.9.2
Coniugatio piel & pual 2.6.12
Coniugationis kal, quadruplex forma. 2.10.1 & 2.10.2

Ordo

Ordo sextus,

Coniugatio hiphil & hophal 2.12.3 & 2.12.8
Coniugatio passiua 2.11.4
Coniugatio piel 2.12.1

De litera D.

Dages, ab initio non forte 2.1.14
Dages, in litera quiescente non ponitur 2.8.2
Dages in piel, cuius litera media est gutturalis 2.2.5
Dages, non facilè sequitur uocem magnam. 2.11.2 & 2.11.3
Dages, non supplet duo officia 2.5.3
Dages, non uenit post quietem 2.6.12
Dages, post zere 2.12.5
Dages, supplet defectum nun 1.3.3
Defectiua in pe iod 2.5.6 & 2.5.9
Defectiua in pe nun 2.5.1 & 2.5.2
Deficiens in extremitatibus, unum. 2.13.4 & 2.13.5
Duplicata in piel, quomodo formentur 2.12.1
Duplicata, quæ 2.11.1
Duplicata uerba 1.3.5

De lite-

De litera F.

Formæ uerborum kal, tres 2.1.1
& 2.1.4
Futurum kal, desinit in pathah uel holem 2.1.11
Futurũ, usurpatur loco præteriti 1.4.6
Futuri forma, in quinto ordine 2.10.6
Futuri niphal, forma 2.7.6

De litera G.

Genera duo 1.1.1

De litera H.

He, cum literis bachlam in niphal 2.1.14 & 2.1.15
He, in fine quiescit 1.3.4
He, media radicalis in piel 2.6.13
He, paragoge futuri temporis 2.1.10
Hithpael, signa 2.4.1
Hophal, habet tantùm duos modos. 2.10.2 & 2.3.7

Ordo primus,

He hiphil, habet hirec 2.3.1
Etiam in secundo ordine 2.5.5
He hiphil, quando cum zere 2.6.14
Hiphil quiescentium in pe iod 2.6.12
Hithpael integrũ in secũdo ordine 2.5.5

Quintus ordo,

He finale, in quatuor uerbis est immutabile 2.10.9
He tertia radicalis, deficit propter coniunctionem uau 2.10.6 & 2.10.7
He tertia radicalis, quiescit, absconditur: uertitur in tau & in iod 2.10.1
Hirec & dages, quando mutantur in zere 2.2.5

De litera I.

Imperatiuus, recipit paragogen he. 2.1.8
Imperatiuus, post negationem minimè uenit 2.6.6
Imperatiuus, quando loco futuri 2.6.5
Imperatiuus secundi ordinis, cum defectu nun literæ 2.5.1
Infinitiuus cum mem, quomodo exponendus 1.6.4
Infinitiuus, nomen uerbale 1.5.6
Infinitiuus, raro sine literis bachlam. 1.6.2 & 1.6.3
Iod, ante zade deficit 2.5.6
Iod, ubi quiescat 1.3.4
Iod essentiale 1.3.4

De litera K.

KYbuz, hatephcamez & ſchureć, fratres 2.3.7
Kal, quare dictum 1.7.1

De litera L.

LAmed, peculiariter infinitiuo ſeruit 1.6.3
Lamed pepoal, ſemel deficit 2.5.8

De litera M.

MEm bachlam, habet poſt ſe dages 2.1.7
Mem & lamed bachlam, importãt tempus 2.6.4

De litera N.

NEutra in ſeipſis paſſiua octo, & raro habent participia 1.5.4
Nomina geminantia primã radicalem, excedunt uerba 1.3.5
Nomina, quæ extremitates habent ſimiles 1.3.5
Nomina, uerbis impoſita 1.1.3
Numeri duo 1.1.1
Nun, ubi deficiat 1.3.3
Nun, paragoge futuri temporis 2.1.10
Nun, paſſiua nota, quando habet ſægol loco

loco hirec 2.6.3

De litera O.

OFficium dages 2.11.1
Ordo quieſcentium in extremitatibus, habet tres ſpecies 2.13.2

De litera P.

PArticipium cum literis bachlam, capitur adiectiuè 1.5.6
Participium paul, quomodo differat à præterito niphal 1.5.3 & 2.2.7
Participij præſentis, genuina ſignificatio 1.5.1 & 1.5.3
Participia, habent tantùm tertiam perſonam 1.2.4
Participia nominaliter, aut uerbaliter capta, quomodo cognoſcantur 1.5.6
Paul in paſſiuo non inuenitur 2.8.5 & 2.1.13
Pe iod, mutatur in uau 2.6.11
Perſonæ quæ habeant accentum milra aut millel 1.4.8 & 1.4.9
Piel, habet uerba quæ contrariam obtinent ſignificationem 1.9.5
Piel, integrum in ſecundo ordine 2.5.3
Præteritũ & futurũ, origo aliorum 1.4.1

Præteri-

Præteritum & futurum, loco præsentis, infinitiui & imperatiui 1.4.1
Præteritum, & participium kal fœminini num, solo accentu differunt 2.11.3
Præteritum kal, quomodo punctuatur 2.1.1
Præteritum, loco futuri 1.4.11
Præteriti niphal, punctuatio 2.1.2
Præteriti tres species in alijs linguis. 1.4.12 & 1.4.14
Puncta, quæ uocantur fratres 2.3.7

De litera Q.

QVadrata uerba, quæ sint 2.13.5
Quadrata uerba, unde formentur 2.13.5
Quieſcentia, quæ 1.3.3 & 1.3.4

De litera R.

RAdicales literæ, quot 1.3.1
Radicalium diuiſio 1.3.1

De litera S.

SAegol, loco pathah in pauſa 2.6.2
Scheua, poſt punctum camez non quieſcit 2.7.2
Scheua ſub uau ſeruili, ut mutatur. 1.4.3 & 1.4.5 & 1.4.8 & 1.4.11

Species duæ hophal 1.12.1
Species quatuor paſſiui kal 1.8.3 & 1.8.4
Species quatuor uerborum piel 1.9.1 & 1.9.3
Species quatuor uerborũ hiphil 2.11.1 & 2.11.2 & 2.11.4

De litera T.

TAu, infinitiuo quinti ordinis cum literis bachlam adijcitur 2.9.2
Tau, loco iod deficientis in fine 2.6.5
Tempora uerborum, ſex 1.1.6
Tranſitiua in kal, nõ fiunt neutra 1.9.4
Tranſitiua, quæ 1.1.2

De litera V.

VAu hippuch 1.4.3 & 1.4.5 & 1.4.8 & 1.4.11
Vau hibbur 1.4.3 & 1.4.5 & 1.4.8 & 1.4.11
Vau, in medio quieſcit 1.3.4
Vau literæ, proprium punctum ſcheua 1.4.4
Vau, ſæpe mutat futurum in præteritum imperfectum 1.4.14
Verbum defectiuum, quid 1.3.3

Verbum perfectum, quid 1.3.3
Verbum quinque literarum essentialium 2.13.7
Verba neutra, quæ dicantur 1.1.2

De litera Z.

ZAde, media radicalis tertij ordinis, cur dagessetur 2.5.6 & 2.6.8 & 2.6.10

PRIMI INDICIS
FINIS

EX NOMINIBVS

De litera A.

ACCENTVS fœmininorum semper millel 2.7.3 & 3.13.3
Accẽtus camezatorum, milra 3.3.9
Accentus nominum quinque uel sex punctorum 3.3.1 & 3.3.9
Accentus quiescentium in iod 4.2.2
Affixa quæ alleuient puncta 3.3.4
Affixa sunt decem 3.7.1
Aleph, in medio nũquam quiescit 4.2.1
Aleph, tantùm in fine quiescit 4.2.1

De litera C.

CAmez loco dages, non mutatur 4.12.2
Camezata habent accẽtum milra 3.3.9
Camezata, quomodo mutentur in regimine 3.7.1 & 3.12.7

De litera D.

DAges à capite, nunquam forte 4.11.2
Dages à fine, nunquam uenit in litera non punctuata 4.11.3

Dages, loco literæ duplicatæ 2.11.1
& 4.11.4
Dages post holẽ uenire nõ solet 3.11.3
Dages post uocem magnam 4.4.5
Dagessata non mutantur 3.2.2
& 3.5.1 & 4.1.2
Defectiua secundi ordinis 4.1.3
Defectiuorum regula 4.1.3
Duplicata, & eorum regulæ 4.11.1
& 4.11.5 & 4.13.2 & 4.13.3

De litera F.

FOeminina, absolutè in tau desinentia, dagessant illud cum affixis. 3.11.2 & 3.11.3
Fœminina desinentia in he, sunt mirra 3.8.1
Fœminina in he, mutant illud in tau molle 3.11.2
Fœmininæ literæ he cognitio 3.8.4
Forma hatephcamez primo uocali 3.5.1
Forma holem & sægol 3.4.1 & 3.4.2
Forma quę cõstat camez & sægol 3.2.7
Forma quæ constat duplici camez 3.1.1
Forma quinque punctorum 3.3.7
Forma sex punctorum 3.3.4

Forma sex punctorum cum affixis 3.3.7
Forma schurec primo uocali 3.5.1
Formæ nominũ fœmininí generis 3.8.1

De litera H.

HAeemanthica, non admittunt literam he 3.12.4
Hæemanthica, quæ habent tau superadditum 3.13.4
Hæemanthica secundi ordinis 3.1.2
Hæemanthica tertij ordinis 3.1.3
Hæemanthicæ literæ, sex 3.10.1
Hatephcamez, loco holem 3.4.1
Hatephpathah loco scheua 3.2.5
He radicale ab he fœmininо quomodo dignoscitur 4.1.2 & 4.6.2 & 4.6.3
Hirec magnum 3.12.8 & 4.7.2
Holem in perfectis, nisi sequatur sægol non mutatur 3.4.2

De litera I.

IOd hæemanthicum 3.13.5
Iod, litera gentilis 3.13.6
Iod mobile, consonans 3.13.5
Iod mobile in singulari 4.4.4
Iod in plurali quiescens 4.4.5
Iod nota pluralis, aliquãdo deficit 3.9.2

De litera M.

MAsculina, quæ terminationem habeant fœmininam in plurali 3.9.3
Mem à fine 3.12.8
Mem hæmanthicum, à fronte superadditum 3.12.6
Mem hæmanthicum, finale 3.12.8
Mem, in statu regiminis cadit à plurali masculino 3.12.8
Mem seruile, ut differt à superaddito 3.12.8

De litera N.

NOminum formæ 3.1.1

De litera P.

PVncta mobilia, quæ 3.2.1
פ os oris, qualem habeat rationem 4.10.4

De litera Q.

QVadrata in duplicatis 4.13.1
& 4.13.2
Quiescentia in ain uau 4.3.1
Quiescentia in pe iod 4.2.2
Quiescentia in uau ain, habent uocem magnam sub prima 4.8.1

De lite-

De litera S.

SAegol, in quibusdam non mutatur, etiam in pausa 3.3.6
Sægol, propter gutturalem mutatur in pathah 3.3.8
Scheua, à capite dictionis non geminatur 3.1.3 & 3.5.3 & 3.6.1 & 3.6.2 & 3.8.2
Scheua, radix & fundamentum in affixorum ministerio 3.6.1

De litera T.

TAu hæmanthicum, à capite 3.13.3
Tau, in fine superadditum 3.13.5

De litera V.

VAriæ nominum formæ 3.1.1
Vau deficiens, quid 3.9.2
Vau plenum, quid 3.9.2
Voces mutabiles 3.2.1

De litera Z.

ZAkeph, mutat sægol in camez. 3.3.6
Zere, quando mutetur in scheua 3.2.3
Zere, sub prima in quarto ordine, non mutatur 4.4.3

FINIS

ERRATA

Vbi erit patha, *scribe* pathah.

Vbi erit punctatio, *scribe* punctuatio.

Tituli paginarum imparium, debent numerare Fundamenta: parium uerò, Orationes.

Oratione 2, *fundamento* 8, *signo* 1, *lege sic*
Genesis secundo. In passiuo

Ibidem, Genesis secundo. In hiphil

Oratione 2, *fundamento* 10, *signo* 1, *lege sic*
ignis: Iob primo.

Signorum citationes respondent nonnunquam priori editioni, emendabis nunc ad istam editionem.

NOMENCLATVRA
HEBRÆORVM QVORVNDAM LIBRORVM

INDEX QVORVNDAM
librorum Eliæ Leuitæ
Iudæi Germani.

GRammatica.
Cantica.
De affixis.
De compoſitis.
De officijs.
De proprietatibus.
De ſpeciebus.
De accentibus.
Dictionariũ magiſtrale & Chaldaicũ.
Traditiones.

ELENCHVS QVORVNDAM
librorum Sebaſtiani Mun/
ſteri Germani.

ELementale Hebraicum.
Inſtitutiones Hebraicæ.
Tabula Coniugationum.
Grammatica Hebraica.
Dictionarium Hebraicum.
Dictionarium Chaldaicum.
Dictionarium trilingue.
Grammatica Chaldaica.
De abbreuiaturis.
De accentibus.
Modus legendi Commentaria.
Calendarium Hebraicum.
Logica Hebræa.
Hiſtoriæ Ioſephi uerſæ.
Verſiones aliquot.
Scholia non pauca.

CATALOGVS QVORVNDAM librorum sacræ linguæ, qui hodie extant.

VETVS Testamentum.
Euangelium Matthæi Publicani.
Epistola ad Hebræos: nondū excusa.
Concordantiæ Biblicæ.
Paraphrases: ideſt Thargum.
Thargum Onkelos, in Pentateuchum.
Thargum Ionathæ, in Legem & Prophetas.
Thargum Rabbi Ioseph, in reliquos Bibliæ libros.
Thargum Hierosolymitanum.
Annotationes: ideſt Masoreth, qui & Hammasoreth dicitur.
Thalmud: ingens opus, uaria complectens.
Mischna, potior pars Thalmud.
Sapiens Aben Ezra: hoc eſt, Abraham filius Ezræ, plurima scripsit: extant solummodo Commentaria in Mosen & Prophetas: fuit grammaticus, philosophus, astrologus, & theologus magnus.
Rabbi Salomon Iarhij Gallus, Commentaria scripsit in totam Bibliam, & in libros Thalmudicos.
Rabbi Ioseph Kimhi, scripsit Commentaria in Pentateuchum, adhuc non euulgata: & in omnes Prophetas & Psalmos, quæ extant.
Rabbi Dauid Kimhi Hispanus: & Rabbi Moses Kimhi, uaria scripserūt.
Rabbi Moses sacerdos Aegyptius, scripsit De perplexis, & multa alia.
Rabbi Moses Gerundensis, in Pentateuchum optimè scripsit.
Rabbi Moses filius Nahæman, scripsit in Iob.

Rabbi

Rabbi Abraham, De creatione.
Rabbi Abraham Hiſpanus, ſcripſit Commentaria in Legem.
Rabbi Abraham Parizol Auinionenſis, ſcripſit in Iob.
Rabbi Leui filius Gerſom Italus, ſcripſit in Danielem.
Kabuenaki, in Prouerbia.
Rabbi Ioſeph filius Matathiæ, hiſtoriam ſcripſit Græce & Hebraice: is eſt Flauius Ioſephus.
Baal Aruch, docet modum legendi Commentaria.
Catalogus Decalogi legis Moſaicæ.
Rabbi Iuda, ſcripſit Dictionarium.
Rabbi Iona quoq;.
Rabbi Elias Leuita Askenazi, ideſt Germanus, ſcribit multa.
Rabbi Akabia filius Malalehelis, & hi qui ſequuntur, ſcripſerunt uaria.
Rabbi Emmanuel.

Rabbi

Rabbi Iohanan.
Rabbi Iſaac.
Rabbi Eleazar, &
Rabbi Iacob filius eius.
Rabbi Saadias.
Rabbi Michol.
Veteres Cabaliſtæ.

Et multi alij, quorum nomina non mihi occurrunt.

INSTAVRATORES linguæ ſacræ.

D. Hieronymus Stridonenſis.
Io. Capnio Phorcenſis.
Con. Pellicanus Rubeaquenſis.
Seb. Munſterus Ingelheimenſis.
San. Pagninus Lucenſis.

FINIS

BASILEAE
APVD HIER. FROBENIVM
ET NIC. EPISCOPIVM
ANNO M. D. XLIII


FRO BEN

[illegible] desfuz en confessa mon [illegible] et [illegible] Duellin [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] fait
[illegible]